



PLATONIS

DIALOGI

GRAECE ET LATINE

---

EX RECENSIONE

IMMANUELIS BEKKERI

---

PARTIS TERTIAE VOLUMEN SECUNDUM.

---

BEROLINI

IMPENSIS GE. REIMERI  
LONDINI APUD I. BLACK ET FIL.  
TH. BOOSEY ET F. H. BOTHE  
OXONIAE APUD I. PARKER

1817.

ὑπομνήσεις. μᾶλλον δέ, εἰ μή τί σοι χαλεπὸν, ἐξ ἀρχῆς διὰ βραχέων πάλιν ἐπᾶνελθε αὐτά, ἵνα βεβαιωθῇ μᾶλλον παρ' ἡμῖν.

ΣΩ. Ταῦτ' ἔσαι. χθές που τῶν ὑπ' ἐμοῦ ῥηθέντων λόγων περὶ πολιτείας ἦν τὸ κεφάλαιον, οἷα τε καὶ ἐξ οἴων ἀνδρῶν ἀρῆση κατεφαίνεται ἂν μοι γενέσθαι.

ΤΙ. Καὶ μάλα γε ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, ῥηθείσα πᾶσι κατὰ νοῦν.

ΣΩ. Ἄρ' οὖν οὐ τὸ τῶν γεωργῶν, ὅσαι τε ἄλλαι τέχνηαι, πρῶτον ἐν αὐτῇ χωρὶς διειλόμεθα ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ τῶν προπολεμηθόντων;

ΤΙ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ κατὰ φύσιν δὴ δόντες τὸ καθ' αὐτὸν ἐκείσῳ πρόσφορον ἐν μόνον ἐπιτήδευμα καὶ μίαν ἐκείσῳ τέχνην, τούτους οὕς πρὸ πάντων ἔδει πολεμεῖν εἵπομεν, ὡς ἄρα αὐτοὺς δεῖο φύλακας εἶναι μόνον τῆς πόλεως, εἰ τέ τις ἔξωθεν ἢ καὶ τῶν ἔνδον ἴοι κακοουργήσων, δικάζοντας μὲν πρῶτος τοῖς ἀρχομένοις ὑπ' αὐτῶν ὅτι φέσει φίλοις οὔσι, χαλεπούς δὲ ἐν ταῖς μάχαις τοῖς ἐντυγχάνουσι τῶν ἐχθρῶν γυγνομένους.

ΤΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΣΩ. Φύσιν γὰρ οἶμαί τινα τῶν φυλάκων τῆς ψυχῆς ἐλέγομεν ἅμα μὲν θυμοειδῆ, ἅμα δὲ φιλόσοφον

vero tu, si exciderint, suggeres. immo vero, nisi molestium sit, breviter illa ab exordio repete, ut nobis iterum confirmentur. So. Faciam equidem. Summa disputationis hesternae erat res publica, qualis mihi et ex qualibus viris optima posse fieri videretur. Ti. Nobis certe omnibus valde probata sunt, o Socrates, quae dixisti. So. Principio agricolas ceterosque artifices a militibus separavimus. Ti. Certe, So. Cum vero cuique, quod pro naturae instinctu praecipue suum est, et singula tantum singulis artibus officia tribuerimus; illis quoque, quos prae ceteris bellagerere oporteret, id unum dumtaxat, protegendae scilicet civitatis munus, iunximus, et adversus externos hostes et adversus cives rei publicae eversores: ita ut erga subiectos, tanquam natura amicos, mitēs sint; contra hostes vero in proelio ferocissimi. Ti. Ita prorsus. So. Duplicem sane naturam in custodum animis esse debere tractavimus, et iracundam et philosophico ingenio praecipue accommodatam, ut recte in suos mansueti sint, in alienos vero fereces.

χθές, ὡς ἐν κεφαλαίοις πάλιν ἐπανελθεῖν; ἢ ποθοῦμεν ἔτι τι τῶν ῥηθέντων, ὧ φίλε Τίμαιε, ἀπολείπόμενον;

ΤΙ. Οὐδαμῶς, ἀλλ' αὐτὰ ταῦτ' ἦν τὰ λεχθέντα, ὧ Σόκρατες.

ΣΩ. Ἀκούοιτ' ἂν ἤδη τὰ μετὰ ταῦτα περὶ τῆς πολιτείας ἦν διήλθομεν, οἷόν τι πρὸς αὐτὴν πεπονηθὼς τυγχάνω. προσέειπε δὲ δὴ τινὶ μοι τοιῶδε τὸ πάθος, οἷον εἴ τις ζῶα καλὰ που θεασάμενος, εἴτε ὑπὸ γραφῆς  
 10 εἰρησασμένα εἴτε καὶ ζῶντα ἀληθινῶς, ἡσυχίαν δὲ ἄγοντα, εἰς ἐπιθυμίαν ἀφίκοιτο θεάσασθαι κινουμένα τε αὐτὰ καὶ τι τῶν τοῖς σώμασι δοκούντων προσήκειν κατὰ τὴν ἀγωνίαν ἀθλοῦντα. ταῦτόν καὶ ἐγὼ πέποιθα πρὸς τὴν πόλιν ἦν διήλθομεν ἠδέως γὰρ ἂν του λόγου διεξιόντος ἀκούσαιμι ἂν, ἀθλοὺς οὖς πόλις ἀθλεῖ, τούτους αὐτὴν ἀγωνιζομένην πρὸς πόλεις ἄλλας, προεπόντως εἰς τε πόλεμον ἀφικομένην καὶ ἐν τῷ πολεμεῖν τὰ προσήκοντα ἀποδιδούσαν τῇ παιδείᾳ καὶ τροφῇ κατὰ τε τὰς ἐν τοῖς ἔργοις πράξεις καὶ κατὰ τὰς ἐν τοῖς λόγοις διεργ-  
 20 μητεύσεις πρὸς ἐκάστας τῶν πόλεων. ταῦτ' οὖν, ὧ Κριτία καὶ Ἐρμοκράτες, ἔμμαντοῦ μὲν αὐτὸς κατέργωκα μὴ ποτ' ἂν δυνατὸς γενέσθαι τοὺς ἄνδρας καὶ τὴν πόλιν ἱκανῶς ἐγκομιάσαι. καὶ τὸ μὲν ἐμὸν οὐδὲν θαυμαζόν· ἀλλὰ τὴν αὐτὴν δόξαν εἴληφα καὶ περὶ τῶν πάλαι

iam hesternam disputationem, quantum compendio licet, narravimus? an aliquid etiam a me praetermissum, o amice Timae, recenseri desideras? ΤΙ. Nihil sane. haec enim ferme sunt, quae tractaveras. ΣΩ. Audite deinceps, quo pacto erga hanc, quam descripsimus, rem publicam sim affectus. comparatione plane vobis aperiam. quemadmodum si quis animalia eximiae pulchritudinis intuitus, seu picta, seu viva quidem sed torpentia, motus gestusque viventium et certamen aliquod eorum spectare desideret: sic ego nunc libenter aliquem narrantem audirem, quo pacto supra descripta civitas cum finitimis civitatibus decertaret, quidve tanta eius educatione disciplinaque dignum in bello vel pace, tam dicendo quam agendo, erga civitates singulas demonstraret. Equidem, o Critia et Hermocrates, mihi conscius sum, non posse me eam urbem virosque pro dignitate laudare. me quidem non posse nihil mirum; sed de

διὸ καὶ χθὲς ἐγὼ διανοούμενος ὑμῶν δεομένων τὰ περὶ τῆς πολιτείας διελθεῖν προθύμως ἐχαρίζομαι, εἰδὼς ὅτι τὸν ἐξῆς λόγον οὐδένας ἂν ὑμῶν ἐθελόντων ἰκανώτερον ἀποδοῖεν· εἰς γὰρ πόλεμον πρόποντα καταστῆσαντες τὴν πόλιν ἅπαντ' αὐτῇ τὰ προσήμονα ἀποδοῖτ' ἂν μόνοι τῶν νῦν. εἰπὼν δὴ τὰ πιταχθέντα ἀντεπέταξα ὑμῖν ἃ καὶ νῦν λέγω. ξυνομολογήσατ' οὖν κοινῇ σκεψάμενοι πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς εἰς νῦν ἀνταποδώσειν μοι τὰ τῶν λόγων ξένια, πάρειμι τε οὖν δὴ κεκοσμημένος ἐπ' αὐτὰ καὶ πάντων

10 ἑτοιμότητος ὧν δέχεσθαι.

EP. Καὶ μὲν δὴ, καθά περ εἶπε Τίμαιος ὁδε, ὃ Σώκρατες, οὔτε ἐλλείψομεν προθυμίας αὐδὲν οὔτ' ἔσιν οὐδεμία πρόφασις ἡμῖν τοῦ μὴ δοῦν ταῦτα, ὥστε καὶ χθὲς εὐθὺς ἐνθένδε, ἐπειδὴ παρὰ Κριτίαν πρὸς τὸν ξενῶνα, οὗ καὶ καταλύομεν, ἀφικόμεθα, καὶ ἔτι πρότερον καθ' ὁδὸν αὐτὰ ταῦτα ἐσκοποῦμεν. ὁ δ' οὖν ἡμῖν λόγον εἰσηγγήσατο ἐκ παλαιᾶς ἀκοῆς· ὃν καὶ νῦν λέγε, ὃ Κριτία, τῷδε, ἵνα ξυνδοκιμάσῃ πρὸς τὴν ἐπίταξιν εἴτ' ἐπιτήδειος εἴτ' ἀνεπιτήδειός ἐστιν.

20 KP. Ταῦτα γρη῏ δοῦν, εἰ καὶ τῷ τρίτῳ κοινῶν Τιμαίῳ ξυνδοκεῖ.

bus vobis heri de re publica disputari, libentissime parui, cum cogitarem, quod deinde instituto operi superforet, a nemine commodius quam a vobis, modo velitis, posse tractari. cum enim civitatem ad bellum idoneam constitueritis, soli omnium vos, quae eam decent, vicissim omnia tribuetis. cum vero in superioribus, quae mihi iniuncta fuerant, perfecissem; quae modo retuli, vobis tractanda commisi. vos autem communi consensu imperatum munus mutuo mihi parandi nunc sermonum convivii recepistis. ego igitur adsum ad promissas epulas paratissimus. Her. Nos quoque omnes, o Socrates, ut pollicitus est modo Timaeus, quod iubes, pro viribus exsequemur: praesertim cum nulla excusandi sit ratio, quo minus id facere debeamus. nam praeterito die, cum, disputatione peracta, mox ad hospitium, quo apud Critiam suscepti sumus, rediremus, et inter eundem primo et domi rursus de his rebus verba fecimus. hic igitur nobis veterem narravit historiam: quam velim, o Critia, Socrati modo recenseas, ut, cum audiverit, iudicet, nunquid ad eam rem, quam nos exsequi iussit, conducere videatur. Cri. Faciendum est, si ita Timaco quoque videtur, tertio

24 πάντων εφεξῆς εἰσαυθίς κατὰ σχολήν, αὐτὰ τὰ γραμματικά λαβόντες, διέξιμεν. τοὺς μὲν οὖν νόμους σκοπεῖ πρὸς τοὺς τῆδε· πολλὰ γὰρ παραδείγματα τῶν τότε παρ' ὑμῖν ὄντων ἐνθάδε νῦν ἀνευρήσεις, πρῶτον μὲν τὸ τῶν ἱερέων γένος ἀπὸ τῶν ἄλλων χωρὶς ἀφορισμένον, μετὰ δὲ τοῦτο τὸ τῶν δημιουργῶν, ὅτι καθ' αὐτὸ ἕκαστον ἄλλω δὲ οὐκ ἐπιμιγνύμενον δημιουργεῖ, τὸ τε τῶν νομίμων καὶ τὸ τῶν θηρευτῶν τὸ τε τῶν γεωργῶν. καὶ δὴ καὶ τὸ μάχιμον γένος ἤσθησαί τιου τῆδε ἀπὸ πάντων τῶν γενῶν κεχωρισμένον, οἷς οὐδὲν ἄλλο πλὴν 10 10 τὰ περὶ τὸν πόλεμον ὑπὸ τοῦ νόμου προσετάχθη μέλειν. ἔτι δὲ ἡ τῆς ὀπλίσεως αὐτῶν σχέσις ἀσπίδων καὶ δοράτων, οἷς ἡμεῖς πρῶτοι τῶν περὶ τὴν Ἀσίαν ὀπλίσμεθα, τῆς θεοῦ, καθά περ ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις, παρ' ὑμῖν πρώτοις ἐνδεξαμένης. τὸ δ' αὖ περὶ τῆς φρονήσεως, ὅρας πῶς τὸν νόμον τῆδε ὄσσην ἐπιμέλειαν ἐπαίησατο εὐθύς κατ' ἀρχὰς περὶ τε τὸν κόσμον ἄστιατα, μέχρι μαντικῆς καὶ ἰατρικῆς πρὸς ὑγίειαν, ἐκ τούτων θεῶν ὄντων εἰς τὰ ἀνθρώπινα ἀνευρίων, ὅσα τε 20 20 ἄλλα τούτοις ἐπιτεταί μαθήματα, πάντα κησάμενος. ταύτην οὖν δὴ τότε ἐξύψασαν τὴν διακόσμησιν καὶ σύνταξιν ἡ θεὸς προτέρους ὑμᾶς διανοσμήσασα κατώ-

otii, accepto historiaram libro latius exponemus. Ac primum leges illorum considera, quo pacto cum his nostris conveniant, multa enim hic similia illis reperies. principio, quod sacerdotes separati ab omni turba vitam agunt: deinde varia officium genera ita inter se discreta sunt, ut suum quisque agat, promiscue vero nullus. similiter pastorum, venatorum, agricolarum inter se distincta sunt opera. milites quoque hic, ut nosti, ab aliis omnibus segregati, bellica duntaxat tractare a lege iubentur. armatura etiam, ut clipeorum iaculorumque usus, apud utrosque persimilis. his primi nos in Asia usi sumus, et Dea, ut illis in locis, sic vobis primis haec tradidit. prudentiae quoque et modestiae magna, sicut vides, nostris legibus ab initio cura fuit; divinationis insuper et medicinae: et sanitas nobis per haec divinitus procurata. demum quaecunque ad haec attinent disciplinae, diligenter institutae a lege reperiuntur. Huiusmodi institutione et ordine priorem vestram urbem Dea a primordiis exornavit, cum in urbe condenda

κισεν, ἐκλεξαμένη τὸν τόπον ἐν ᾧ γεγένησθε, τὴν εὐκρασίαν τῶν ὡρῶν ἐν αὐτῷ κατιδοῦσα, ὅτι φρονιμοτάτους ἄνδρας οἴσοι. αὐτὸν οὖν φιλοπόλεμος τε καὶ φιλόσοφος ἡ θεὸς οὕσα τὸν προσφερεσάτους αὐτῇ μελλόντα οἴσειν τόπον ἄνδρας, τοῦτον ἐκλεξαμένη πρῶτον κατήκισεν. ὤκειτε δὴ οὖν νόμοις τε τοιοῦτοις χροόμενοι καὶ ἔτι μᾶλλον εὐνομούμενοι πάση τε πάντας ἀνθρώπους ὑπερβεβηκότες ἀρετῇ, καθά περ εἰκὸς γεννήματα καὶ παιδεύματα θεῶν ὄντας. πολλὰ μὲν οὖν 10 10 ὑμῶν καὶ μεγάλα ἔργα τῆς πόλεως τῆδε γεγραμμένα θαυμάζεται, πάντων μὲν ἐν ὑπερέχει μεγέθει καὶ ἀρετῇ λέγει γὰρ τὰ γεγραμμένα, ὅσσην ἡ πόλις ὑμῶν ἔπαυσέ ποτε δύναμιν ὑβρεὶ πορευομένην ἄμα ἐπὶ πᾶσαν Εὐρώπην καὶ Ἀσίαν, ἐξῶθεν ὀρμηθεῖσαν ἐκ τοῦ Ἀτλαντικοῦ πελάγους. τότε γὰρ πορεύσιμον ἦν τὸ ἐκεῖ πέλαγος· νῆσον γὰρ πρὸ τοῦ σώματος εἶχεν, ὃ καλεῖτε, ὡς φατε ὑμεῖς, Ἡρακλέους σήλας· ἡ δὲ νῆσος ἄμα Λιβύης ἦν καὶ Ἀσίας μείζων, ἐξ ἧς ἐπιβατὸν ἐπὶ τὰς ἄλλας νήσους τοῖς τότε ἐγίγνετο πορευομένοις, ἐκ δὲ 20 20 τῶν νήσων ἐπὶ τὴν καταρτικὴν πᾶσαν ἦπειρον τὴν περὶ τὸν ἀληθινὸν ἐκείνον πόντον. τάδε μὲν γὰρ, ὅσα ἐν τὸς τοῦ σώματος οὐ λέγομεν, φαίνεται λιμὴν σενόντινα ἔχον εἰσπλοῦν· ἐκεῖνο δὲ πέλαγος ὄντως ἡ τε πε-

eam regionem elegeret, quae ob aëris temperiem prudentissima ingenia procrearet. utpote enim bellicosa et sapiens Dea regionem eligendam censuit talem, quae esset sui similes homines editura. his itaque legibus, vel etiam honestioribus institutionibus formati veteres Athenienses, omni virtutum genere ceteris omnibus excelluerunt, ut decebat eos, qui Diis geniti eruditique essent, multa quidem et mirabilia vestrae civitatis opera in monumentis nostris leguntur, sed unum magnitudine et virtute praecipuum facinus. traditur enim vestra civitas restitisse olim innumeris hostium copiis, quae ex Atlantico mari profectae prope iam cunctam Europam Asiamque obsederant. tunc enim erat fretum illud navigabile, habens in ore et quasi vestibulo eius insulam, quas Herculis columnas cognominatis: ferturque insula illa Libya simul et Asia maior fuisse; per quam ad alias proximas insulas patebat aditus, atque ex insulis ad omnem continentem e conspectu iacentem, vero mari vicinam. sed intra os ipsum portus angusto sinu fuisse traditur. pelagus illud verum mare, terra quoque illa

νοα, παντάπασι θαυμάσαιμ' ἂν εἴ τι με αὐτῶν διαπέ-  
φηνεν. ἦν μὲν οὖν μετὰ πολλῆς ἡδονῆς καὶ παιδικῆς  
τότε ἀκουόμενα, καὶ τοῦ πρεσβύτου προθύμως με δι-  
δάσκοντος, ἅτ' ἐμοῦ πολλάκις ἐπανερρωτῶντος, ὥστε  
οἶον ἐγκαύματα ἀνεκπλύτου γραφῆς ἔμμοινα μοι γέρονε.  
καὶ δὴ καὶ τοῖσδε εὐθύς ἔλεγον ἔωθεν αὐτὰ ταῦτα,  
ἵνα εὐποροῖεν λόγων μετ' ἐμοῦ. νῦν οὖν, οὗ περ' ἐνεκα  
πάντα εἶρηται, λέγειν εἰμὶ ἔτοιμος, ὦ Σώκρατες, μὴ  
μόνον ἐν κεφαλαίοις ἀλλ' ὡς περ' ἤκουσα καθ' ἕκαστον.  
τοὺς δὲ πολίτας καὶ τὴν πόλιν ἦν χθῆς ἡμῖν ὡς ἐν 10  
μύθῳ δηγεῖσθαι σὺ, μετενεγκόντες ἐπὶ τάλχθες δευρὸ  
δήσομεν ὡς ἐκείνην τήνδε οὔσαν, καὶ τοὺς πολίτας  
οὓς διανοοῦ φήσομεν ἐκείνους τοὺς ἀληθινούς εἶναι  
προγόνους ἡμῶν οὓς ἔλεγεν ὁ ἱερεὺς πάντας ἀρμό-  
σουσι, καὶ οὐκ ἀπασόμεθα λέγοντες αὐτοὺς εἶναι τοὺς  
ἐν τῷ τότε ὄντας χρόνῳ. κοινῇ δὲ διαλαμβάνοντες  
ἅπαντες πειρασόμεθα τὸ πρέπον εἰς δύναμιν οἷς ἐπέ-  
ταξας ἀποδοῦναι. σκοπεῖν οὖν δὴ χρὴ, ὦ Σώκρατες,  
εἰ κατὰ νοῦν ὁ λόγος ἡμῖν οὗτος, ἢ τινα ἔτ' ἄλλον  
ἀντ' αὐτοῦ ζητητίον. 20

ΣΩ. Καὶ τίν' ἂν, ὦ Κριτία, μᾶλλον ἀντὶ τού-

puer accepi, mirabor equidem, si quid eorum e memoria mihi ex-  
ciderit. ea quippe cum voluptate et ioco audiebam, cum et senex  
ille libenter me doceret, et ego ab illo sedulo sciscitarem. quapropter  
quasi quaedam literarum inustae indelebiter notae ea mihi  
omnia infixae memoriae permanserunt. atque his etiam ante solis  
ortum ipsa narraui, ut una mecum essent ad hanc orationem pa-  
ratiore. Verum ut ad id, quo haec omnia spectant, me conferam,  
paratus sum, o Socrates, non modo summarim, sed sigillatim, si-  
cut audivi, omnia enarrare. civitatem utique et cives, quos quasi  
per fabulam hesternae disputatione finxisti, rem veram esse pone-  
mus. civitatem quidem illam Atheniensem hanc urbem esse; cives  
quoque, quos ipse excogitabas, nostros illos maiores, a sacerdote  
narratos, fuisse censebimus. nempe omnino haec congruent; ne-  
que ab re fuerit, si cives tuos revera priscos illos exstitisse dixerim-  
us. quare communiter rem ipsam inter nos partientes, conabi-  
mur omnes muneri abs te nobis imposito pro viribus satisfacere.  
sed vide, o Socrates, nunquid sermonem hunc probemus, an alium  
exigamus. So. At enim quem, o Critia, sermonem magis quam

του μεταλάβοιμεν, ὃς τῇ τε παρουσίᾳ τῆς θεοῦ θυσιᾶ  
διὰ τὴν οἰκειότητα ἂν πρέποι μάλιστα, τό τε μὴ πλα-  
σθέντα μῦθον ἀλλ' ἀληθινὸν λόγον εἶναι πάμμεγα-  
λου. πῶς γὰρ καὶ πόθεν ἄλλους ἀνευρήσομεν ἀφεμέ-  
νοι τούτων; οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἀγαθῇ τύχῃ χρὴ λέγειν  
μὲν ὑμᾶς, ἐμὲ δὲ ἐντὶ τῶν χθῆς λόγων νῦν ἡσυχίαν  
ἄγοντα ἀντανοῦειν.

ΚΡ. Σκόπει δὴ τὴν τῶν ξενίων σοι διάθεσιν, ὦ 27  
Σώκρατες, ἢ διεθεμεν. ἔδοξε γὰρ ἡμῖν Τιμαῖον μὲν,  
10 αἵτε ὄντα ἀξρονομικώτατον ἡμῶν καὶ περὶ φύσεως τοῦ  
παντός εἰδέναι μάλιστα ἔργον πεπονημένον, πρῶτον λέ-  
γειν ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, τελευτῶν  
δὲ εἰς ἀνθρώπων φύσιν· ἐμὲ δὲ μετὰ τούτον, ὡς παρὰ μὲν  
τούτου δεδεγμένον ἀνθρώπους τῷ λόγῳ γεγονότας, παρὰ  
σοῦ δὲ πεπαιδευμένους διαφερόντας αὐτῶν τινάς, κα-  
τὰ δὲ τὸν Σόλωνος λόγον τε καὶ νόμον εἰσαγαγόντα  
αὐτοὺς ὡς εἰς δικαστὰς ἡμᾶς ποιῆσαι πολίτας τῆς πό-  
λεως τῆσδε ὡς ὄντας τοὺς τότε Ἀθηναίους, οὓς ἐμή-  
νησεν ἀφανεῖς ὄντας ἢ τῶν ἱερῶν γραμμῶν φήμη,  
20 τὰ λοιπὰ δὲ ὡς περὶ πολιτῶν καὶ Ἀθηναίων ὄντων  
ἤδη ποιεῖσθαι τοὺς λόγους.

ΣΩ. Τελέως τε καὶ λαμπρῶς ἔοικα ἀνταπολήψε-

istum probabimus, qui praesentibus Deae sacris propter propinquē  
tatem quandam mirifice congruit? maximum vero illud est, non  
fictam a nobis fabulam, sed veram historiam recenserī. quoniam  
igitur pacto et unde, haec spreta, disputationem aliam exordiemur?  
certe non licet. ideo bonis fortunae auspiciis oportet iam tam vos  
dissere, quam me pro hesternae narratione hodie silentio vos au-  
dire. Cri. Considera, Socrates, an commode mutuum tibi convi-  
vium disposerimus. visum nobis est, ut Timaeus, tanquam in astro-  
nomia nostrorum omnium peritissimus, maximeque in rerum na-  
tura cognoscenda versatus, primus edisserat, ita ut a mundi gene-  
ratione exordiens usque ad generis humani naturam deveniat, at-  
que ego deinde, suscipiens homines a Timaeo quidem genitos, a  
Critia vero ut plurimum institutos, secundum Solonis sermonem  
legemque in iudicium vestrum adducam, civitatisque istius cives  
efficiam eos, qui prisci illi Athenienses fuerunt, quos iam extin-  
ctos sacrae Aegyptiorum literae in lucem e tenebris eruerunt, adeo  
ut de illis deinceps tanquam de veteribus Atheniensibus verba  
fiant. So. Copiosam et splendidam disputationis mensam appa-

σθαι τὴν τῶν λόγων ἐξίασιν. Σὸν οὖν ἔργον λέγειν ἂν εἴη, ὃ Τίμαιε, τὸ μετὰ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἐπικαλέσαντα κατὰ νόμον θεοῦς.

ΤΙ. Ἄλλ', ὃ Σώκρατες, τοῦτό γε δὴ πάντες ὅσοι καὶ κατὰ βραχὺ σοφροσύνης μετέχουσιν, ἐπὶ παντὸς ὀρμῆ καὶ σμικροῦ καὶ μεγάλου πράγματος θεὸν αἶψου καλοῦσιν· ἡμᾶς δὲ τοὺς περὶ τοῦ παντὸς λόγους ποιεῖσθαι πῆ μέλλοντας, ἢ γίγονεν ἢ καὶ ἀγενέες ἔξω, εἰ μὴ παντάπασι παραλλάττομεν, ἀνάγκη θεοῦς τε καὶ θεῶς ἐπικαλουμένους εὐχεσθαι πάντα κατὰ νοῦν 10 ἐπιείκοις μὲν μάλιστα, ἐπομένως δὲ ἡμῖν εἰπεῖν. καὶ τὰ μὲν περὶ θεῶν τάντη παρακεκλήσθω· τὸ δ' ἡμέτερον παρακλητέον, ἢ ὅαζ' ἂν ὑμεῖς μὲν μάθοιτε, ἐγὼ δὲ ἢ διανοοῦμαι μάλισ' ἂν περὶ τῶν προκειμένων ἐνδειξάμην.

Ἔξω οὖν δὴ κατ' ἐμὴν δόξαν πρῶτον διαιρετέον τάδε· τί τὸ ὄν αἶψι, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον, καὶ τί τὸ γιγνόμενον μὲν αἶψι, ὄν δὲ οὐδέποτε; τὸ μὲν δὴ νοήσει 28 μετὰ λόγον περιληπτὸν αἶψι κατὰ ταῦτά ὄν, τὸ δ' αὖ δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου δοξασὸν γιγνόμενον καὶ 20 ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. πᾶν δὲ αὖ τὸ γιγνόμενον ὑπὲρ αἰτίου τινὸς ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι·

ravisse mihi videris. tua ergo interest, o Timaeus, invocatis secundum legem Diis, disputationem iam exordiri. Ti. Probe consulis, Socrates. nam cum omnes, qui mentis quoquo modo capaces sunt, in operis cuiuslibet vel magni vel parvi principio invocare Deum soleant: quanto nos aequius est, de Universo, sive genitum sit sive ingenitum, disputaturos, nisi forte desipimus, invocare divinam opem? Ergo Deos omnes Deasque precamur, in primis quidem, ut ea dicantur a nobis, quae illis placeant: deinde, ut nobis ipsi constemus, quantum ad Deos attinet, sic a nobis oratum sit: sed quod ad nos spectat, poscendum est, ut et vos facile assequamini, et ego secundum mentis propositum rem ipsam, qua de agitur, transigam. Principio ita mihi distinguendum esse videtur, quid sit, quod semper est carens generatione; quid vero, quod gignitur quidem, neque est unquam, illud intellectu per rationis indaginem percipi potest, cum semper sit idem: hoc opinione per irrationalem sensum attingi, cum gignatur et intereat neque vere unquam sit, quicquid autem gignitur, ex aliqua causa necessario gignitur; sine causa vero oriri quicquam im-

παντὶ γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν σχεῖν. ὅτου μὲν οὖν ἂν ὁ δημιουργὸς πρὸς τὸ κατὰ ταῦτά ἔχον βλέπων αἶψι, τοιούτῳ τινὶ προσχρόμενος παραδείγματι, τὴν ἰδέαν αὐτοῦ καὶ δύναμιν ἀπειράζῃται, καλὸν ἐξ ἀνάγκης οὕτως ἀποτελεῖσθαι πᾶν· οὐ δ' ἂν εἰς τὸ γέγονος, γεννητῷ παραδείγματι προσχρόμενος, οὐ καλόν. ὃ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὃ τίποτε ὀνομαζόμενος μάλισ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὀνομάσθω—, 10 περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν αἶψι, γένεσεως ἀρχὴν ἔχον οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ὑπὲρ ἀρχῆς τινὸς ἀρξάμενος. γέγονεν· ὁρατὸς γὰρ ἀπὸς τέ ἐστι καὶ σῶμα ἔχον, πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα αἰσθητά, τὰ δὲ αἰσθητά, δόξῃ περιληπτά μετὰ αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη. τῷ δ' αὖ γενομένῳ φαιμέν ὑπὲρ αἰτίου τινὸς ἀνάγκην εἶναι γένεσθαι. τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὐρεῖν τε ἔργον καὶ εὐρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν· τὸδε δ' οὖν 20 πάλιν ἐπισκοπετέον περὶ αὐτοῦ, πρὸς πότερον τῶν παραδειγμάτων ὁ τεκταινόμενος αὐτὸν ἀπειράζετο, πότερον πρὸς τὸ κατὰ ταῦτά καὶ ὡσαύτως ἔχον ἢ πρὸς

possibile est. quando igitur opifex in operis alicuius constructione ad id, quod eodem modo se habet semper, aspicit, et huiusmodi quodam usus exemplo ideam vimque in opus educit, pulchrum fieri tunc opus omne necessarium est: quando vero ad id, quod factum est, respicit, minime pulchrum. universum igitur hoc coelum sive mundum, sive quo alio vocabulo gaudet, cognominemus. de quo primum consideremus, quod in quaestione de universo ante omnia investigari debet, utrumne semper fuerit, sine ullo generationis principio; an genitum sit, ab aliquo principio sumens exordium. idque profecto cernitur tangiturque et corpus habet. omnia vero huiusmodi sensus movent. quae sensus movent, opinione per sensum percipiuntur. haec vero talia esse constat, ut gignantur et genita sint. quicquid autem gignitur, ab aliqua causa necessario gigni asseruimus. opificem quidem et patrem mundi invenire difficile: et cum iam inveneris, praedicare eloqui vulgo impossibile est. rursus considerandum est, utrum mundi faber sit imitatus exemplar: idne, quod idem semper et simile est, an id, quod



29 τὸ γεγονός. εἰ μὲν δὴ καλὸς ἔστω ὁ κόσμος ὃς τε δημιουργὸς ἀγαθός, δῆλον ὡς πρὸς τὸ αἰδίων ἔβλεπεν· εἰ δέ, ὃ μὴ εἶπεν τινὶ θεῖμος, πρὸς τὸ γεγονός. παντὶ δὴ σαφὲς ὅτι πρὸς τὸ αἰδίων ὃ μὲν γὰρ κάλλιστος τῶν γεγονότων, ὃ δ' ἄριστος τῶν αἰτίων. οὕτω δὴ γεγενημένος πρὸς τὸ λόγῳ καὶ φρονήσει περιληπτὸν καὶ κατὰ ταῦτα ἔχον δεδημιουργηται. τούτων δὲ ὑπαρχόντων αὐτῶν πᾶσα ἀνάγκη τόνδε τὸν κόσμον εἰκόνα τινὸς εἶναι. μέγιστον δὴ παντὸς ἄρξασθαι κατὰ φύσιν ἀρχὴν ὥδε οὖν περὶ τε εἰκόνας καὶ περὶ τοῦ παραδείγματος αὐτῆς 10 διοριζέσθαι, ὡς ἄρα τοὺς λόγους, ὧν πέρ εἰσιν ἐξηγηταί, τούτων αὐτῶν καὶ ξυγγενεῖς ὄντας. τοῦ μὲν οὖν μονίμου καὶ βεβαίου καὶ μετὰ νοῦ καταφανοῦς μονίμου καὶ ἀμεταπτώτους, καθ' ὅσον τε ἀνελέγκτοις προσήκει λόγοις εἶναι καὶ ἀκινήτοις, τούτου δὲ μὴδὲν ἠλλείπειν· τοὺς δὲ τοῦ πρὸς μὲν ἐκεῖνο ἀπεικασθέντος, ὄντος δὲ εἰκόνας εἰκότας ἀνὰ λόγον τε ἐκείνων ὄντας· ὃ τί περ πρὸς γένεσιν οὐσία, τοῦτο πρὸς πῆξιν ἀλήθεια. εἰν οὖν, ὃ Σώκρατες, πολλὰ πολλῶν εἰπόντων περὶ θεῶν καὶ τῆς τοῦ παντὸς γένεσεως μὴ 20 δυνατοὶ γιγνώμεθα πάντῃ πάντως αὐτοὺς αὐτοῖς ὁμο-

genitum fuerit. atqui si pulcher est. hic mundus et opifex mundi bonus, sempiternum certe exemplum maluit imitari: sin secus, quod ne dictu quidem fas est, generatum exemplar est pro aeterno secutus. cum vero et mundus omnium genitorum pulcherrimus sit et eius auctor causarum omnium optimus, dubium non est quin sempiternum sit secutus exemplum. sic igitur generatus, ad id est effectus, quod ratione et sapientia sola comprehendi potest et immutabile permanet. ex quo efficitur, ut necesse sit hunc mundam alicuius simulacrum esse. rationem vero originis naturaliter explicare difficillimum est. ideo de simulacro et exemplo sic distinguamus. Rationes utique cum iis rebus, quas exprimunt, cognationem quandam habere videntur. ergo cum de re firma et stabili et mente comprehendenda disseritur, stabiles similiter immutabilesque et, quam maxime fieri potest, inexpugnabiles rationes esse oportet. cum vero de ipsius rei firmas stabilisque simulacro disputatur, verisimiles rationes sufficiunt, quae ita se ad superiores habeant rationes, ut simulacrum ad exemplum. nempe quod est ad generationem essentialia, id ad fidem est veritas. cum ergo, o Socrates, multa de Diis mundique generatione a multis dicta sint, ne mireris, obsecro, si

λογουμένους λόγους καὶ ἀπηκριβωμένους ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσης, ἀλλ' εἰν ἄρα μὴδενὸς ἦττον παρεχόμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν γοή, μεμνημένον ὡς ὁ λέγων ἐγὼ ὑμεῖς τε οἱ κριταὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν, ὥστε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους πρέπει τούτου μὴδὲν εἶτε πέρα ζητεῖν.

ΣΩ. Ἄριστα, ὦ Τίμαιε, παντάπασί τε ὡς κελεύεις ἀποδεκτέον. τὸ μὲν οὖν προοίμιον θαυμασίως ἀπεδέξαμεθά σου, τὸν δὲ δὴ νόμον ἡμῖν ἐφεξῆς πέ- 10 ραινε.

ΤΙ. Λέγωμεν δὴ δι' ἣν τινα αἰτίαν γένεσιν καὶ τὸ πᾶν τόδε ὃ ξυνησᾶς ξυνέστησεν. ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος· τούτου δ' ἐκτὸς ὧν πάντα ὅτι μάλιστα γενέσθαι ἐβουλήθη παραπλήσια ἑαυτῷ. ταύτην δὴ γένεσεως καὶ κόσμου μάλιστα ἂν τις ἀρχὴν κριωτάτην παρ' ἀνθρώπων φρονίμων ἀποδεχόμενος ὀρθότατα ἀποδέχοι' ἂν. βουλευθεὶς γὰρ 30 ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μὴδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν, οὕτω δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὄρατὸν παραλαβὼν οὐχ ἡσύχιαν ἄγον ἀλλὰ κινούμενον πλημμυελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, ἡγησάμενος ἐκεῖνο τούτου πάντως ἄμεινον. θεῖμος δὲ

rationes de iis probatissimas exactissimasque afferre non possim. satis enim factum putare debebis, si non minus probabiles, quam quivis alius, rationes attulerim. aequum est meminisse, et me, qui disseram, et vos, qui iudicabitis, homines esse: ut, si probabilia dicentur, nihil ulterius requiratis. So. Scite loqueris, o Timaeus. quare nos, ut iubes, agendum putamus. exordium quidem hoc orationis mirifice approbavimus. sed age, deinceps disputationem perage. Ti. Dicamus igitur, quam ob causam ille rerum auctor generationem et hoc universum constituit. bonus erat. bonus autem nulla unquam aliqua de re invidia tangitur. ergo cum livor ab eo alienissimus esset, omnia sibi, quantum fieri poterant, simillima fieri voluit. si quis hanc gignendi mundi causam praecipuam a prudentibus viris acceperit, rectissime profecto accipiet. itaque cum vellet Deus bona omnia fore, nihil vero, quoad naturam pateretur, malum: quicquid erat, quod in cernendi sensum cadere posset, assumpsit, non tranquillum et quietum, sed temere agitatum et fluitans, idque ex inordinata iactatione rededit in ordinem; hoc enim iudicabat esse praestantius. fas autem neque erat

οὐτ' ἦν οὐτ' ἔστι τῷ ἀρίστῳ δοῦν ἄλλο πλὴν τὸ κάλλι-  
 ζον· λογισάμενος οὖν εὐρίσκειν ἐν τῶν κατὰ φύσιν ὄρα-  
 τῶν οὐδέν ἀνόητον τοῦ νοῦν ἔχοντος ὅλον ὅλου κάλ-  
 λιον ἔσεσθαι ποτ' ἔργον, νοῦν δ' αὖ χωρὶς ψυχῆς  
 ἀδύνατον παραγενέσθαι τῷ, διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε  
 νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν σώματι ξυμίσας τὸ  
 πᾶν ξυνετεκταίνετο, ὅπως ὅτι κάλλιστον εἴη κατὰ φύ-  
 σιν ἀρίστον τε ἔργον ἀπειρογασμένος. οὕτως οὖν δὴ κατὰ  
 λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν τόνδε τὸν κόσμον ζῶον  
 ἔμψυχον ἔννοον τε τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γε- 10  
 νέσθαι πρόνοιαν.

Τούτου δ' ὑπάρχοντος αὖ τὰ τούτοις ἐφεξῆς ἡμῖν  
 λεκτέον, τίνι τῶν ζῶων αὐτὸν εἰς ὁμοιότητα ὁ ξυμι-  
 σῆς ξυμίσασθε. τῶν μὲν οὖν ἐν μέρους εἶδει πεφυκότων  
 μηδενὶ καταξιώσωμεν· ἀτελεῖ γὰρ ἑοικὸς οὐδέν ποτ' ἂν  
 γένοιτο καλόν· οὐ δ' ἔστι τᾶλλα ζῶα καθ' ἑνὴν καὶ κατὰ  
 γένη μόρια, τούτῳ πάντων ὁμοιότατον αὐτὸν εἶναι  
 τιθώμεν. τὰ γὰρ δὴ νοητὰ ζῶα πάντα ἐκεῖνο ἐν ἑαυτῷ  
 περιλαβὸν ἔχει, καθά περ ὅδε ὁ κόσμος ἡμᾶς ὅσα τε  
 ἄλλα θεόμματα ξυμίσασθε ὄρατά. τῷ γὰρ τῶν νοουμέ- 20  
 νων καλλίστῳ καὶ κατὰ πάντα τελείῳ μάλιστα αὐτὸν ὁ

neque est, quicquam nisi pulcherrimum facere eum, qui est opti-  
 mus. cum igitur excogitasset, invenit nihil eorum, quae secundum  
 naturam aspectui subiecta sunt, si expers intelligentiae sit, intel-  
 ligente alio totum toto pulchrius unquam fore; intellectum vero  
 alieni sine anima dari non posse. hac ratione mentem quidem  
 animae, animam vero corpori dedit, totumque ita mundum con-  
 stituit, ut pulcherrimum natura opus optimumque foret. quocirca,  
 sicut ratio nobis haec probabilis persuadet, dicendum est hunc  
 mundum animal esse, idque intelligens, revera divina providentia  
 constitutum. hoc posito, quod sequitur, videamus, ad cuius anima-  
 lis similitudinem Deus mundum constituit. uni cuidam propriae-  
 que animalium speciei similem fecisse ne arbitremur. nam si im-  
 perfecto animali similis esset factus, pulcher certe non esset. immo  
 vero illius animalis eum simillimum esse dicamus, cuius animalia  
 cetera, et singulatim et generatim, partes sunt. illud siquidem vi-  
 ventia omnia, quae sola mente percipiuntur, in se ipso complecti-  
 tur: quemadmodum mundus hic nos et cetera, quae cernuntur,  
 animalia continet. volens itaque Deus omnium, quae intelligi pos-  
 sunt, pulcherrimo et undique absoluto mundum hunc simillimum

θεὸς ὁμοιωσαὶ βουληθεὶς ζῶον ἐν ὄρατόν, πάνθ' ὅσα  
 αὐτοῦ κατὰ φύσιν ξυγγενῆ ζῶα ἐντὸς ἔχον ἑαυτοῦ,  
 ξυμίσασθε. Πότερον οὖν ὀρθῶς ἔνα οὐρανὸν προσειρή- 31  
 καμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους λέγειν ἦν ὀρθότερον;  
 ἔνα, εἴ περ κατὰ τὸ παράδειγμα δεδημιουργημένος  
 ἔσαι. τὸ γὰρ περιέχον πάντα ὅποσα νοητὰ ζῶα, μεθ' ἐ-  
 στίρου δεύτερον οὐκ ἂν ποτ' εἴη· πάλιν γὰρ ἂν ἕτερον  
 εἶναι τὸ περὶ ἐκείνω δεῖ ζῶον, οὐ μέρος ἂν εἴτην  
 ἐκεῖνω, καὶ οὐκ ἂν ἔτι ἐκεῖνοῖν ἀλλ' ἐκείνω τῷ περιέ- 10  
 χοντι τὸδ' ἂν ἀφωμοιωμένον λέγοιτο ὀρθότερον. ἔνα  
 οὖν τόδε κατὰ τὴν μόνωσιν ὁμοιον ἢ τῷ παντελεῖ  
 ζῶω, διὰ ταῦτα οὔτε δύο οὐτ' ἀπείρους ἐποίησεν ὁ  
 ποιῶν κόσμους, ἀλλ' εἰς ὅδε μονογενῆς οὐρανὸς γεγο-  
 νὸς ἔστι τε καὶ ἔτ' ἔσται. Σωματοειδῆς δὲ δὴ καὶ ὄρα-  
 τὸν ἄπτόν τε δεῖ τὸ γενόμενον εἶναι. χωρισθὲν δὲ  
 πυρὸς οὐδὲν ἂν ποτε ὄρατόν γένοιτο, οὐδὲ ἄπτόν ἄνευ  
 τινὸς ξερσοῦ, ξερσὸν δὲ οὐκ ἄνευ γῆς· ὅθεν ἐκ πυρὸς  
 καὶ γῆς τὸ τοῦ παντὸς ἀρχόμενος ξυμίσασθαι σῶμα ὁ  
 θεὸς ἐποίησε. δύο δὲ μόνω καλῶς ξυμίσασθαι τρίτον 20  
 χωρὶς οὐ δυνατόν· δεσμὸν γὰρ ἐν μέσῳ δεῖ τινὰ ἀμ-  
 φοῖν ξυναγωγὸν γίγνεσθαι. δεσμῶν δὲ κάλλιστος ὅς ἂν

reddere, animal unum ipsum effecit, aspectui subiectum, animalia  
 cuncta naturae suae convenientia intra suum limitem continens.  
 Proinde rectene mundum unum diximus? an rectius plures innu-  
 merabiles dici oportuit? Unum profecto: si modo ad unius si-  
 militudinem sit formatus. quod enim viventia omnia, quaecunque  
 intelliguntur, continet, socium alterum habere non potest. alio-  
 quin aliud animal, quod haec duo contineat, esse oporteret, cu-  
 ius duo haec partes sint: nec illorum, sed tertiū huius, mundus  
 hic simulacrum rectius diceretur. ut igitur hic mundus esset ani-  
 mali absolute simillimus, ex eo, quod solus atque unus esset,  
 iccirco neque duo neque innumerabiles procreati sunt, sed unus  
 mundus unigenitusque factus est et erit. Quoniam vero corporeus  
 spectabilisque et tractabilis erat futurus, ac sine igni videri nihil  
 potest, nihilque sine solido tangi, et solidum absque terra nihil:  
 ideo in operis huius exordio Deus ignem primo terramque creavit.  
 sed duo sola absque tertio quodam commode cohaerere non pos-  
 sunt, mediumque aliquod vinculum utrorumque desiderant. vin-  
 culorum vero id est aptissimum atque pulcherrimum, quod ex se

ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἐν ἑαυτῷ περιαγαγὼν αὐτὸ ἐποίησε κύκλω κινεῖσθαι σφερόμενον, τὰς δὲ ἕξ ἀπάσας κινήσεις ἀφεῖλε καὶ ἀπλανὲς ἀπειργάσατο ἐκείνων. ἐπὶ δὲ τὴν περίοδον ταύτην αἴ' οὐδὲν ποδῶν δέον ἀσκελὲς καὶ ἄπουν αὐτὸ ἐγέννησεν.

Οὗτος δὴ πᾶς ὄντος αἰεὶ λογισμὸς θεοῦ περὶ τὸν ποτὲ ἐσόμενον θεὸν λογισθεὶς λείον καὶ ὁμαλὸν πανταχῇ τε ἐκ μέσου ἴσον καὶ ὅλον καὶ τέλειον ἐκ τελείων σωμάτων σῶμα ἐποίησέ. ψυχὴν δὲ εἰς τὸ μέσον αὐτοῦ  
 10 θεὸς διὰ παντός τε ἔτεινε καὶ ἔτι ἔξωθεν τὸ σῶμα αὐτῆ περιεκάλυψε ταύτη, καὶ κύκλω δὴ κύκλον σφερόμενον οὐρανὸν ἕνα μόνον ἔρημον κατέστησε, δι' ἀρετὴν δὲ αὐτὸν αὐτῷ δυνάμενον ξυγγίγνεσθαι καὶ οὐθενὸς εἰέρον προσδεόμενον, γνώριμον δὲ καὶ φίλον ἰκανῶς αὐτὸν αὐτῷ. διὰ πάντα δὴ ταῦτα εὐδαίμονα θεὸν αὐτὸν ἐγεννήσατο.

Τὴν δὲ δὴ ψυχὴν οὐχ ὡς νῦν ὑξέραν ἐπιχειροῦμεν λέγειν, οὕτως ἐμηχανήσατο καὶ ὁ θεὸς νεωτέραν· οὐ γὰρ ἂν ἀρχεσθαι πρὸςβύτερον ὑπὸ νεωτέρου ξυνίρ-  
 20 ξας εἶασεν· ἀλλὰ πως ἡμεῖς πολὺ μετέχοντες τοῦ προστυχόντος τε καὶ εἰκῆ ταύτη πη καὶ λέγομεν, ὁ δὲ καὶ

dem et in eodem et in se ipso circumduxisset, effecit ut circulari conversione moveretur. sex autem reliquos motus separavit ab eo, et ab eorum errore et pervagatione penitus liberavit. ad hanc igitur conversionem, quae pedibus non egebat, crura pedesque non dedit. Cum haec igitur Deus ille, qui semper est, de aliquando futuro Deo cogitaret, laevem eum effecit aequalemque, et a medio ad summum undique parem, corpusque ex corporibus totis et perfectis totum atque perfectum. animam autem in eius medio collocavit perque totum tetendit; atque ea corpus ipsum etiam extrinsecus circumtextit, mundumque hunc unum et solum solitariumque et circularem volvi in circulum statuit, qui propter virtutem secum ipse facile cohaerere possit, nullius alterius indigens, satis ipse sibi notus atque amicus. itaque omnibus his de causis mundum opifex eius beatum Deum effecit: sed animam haud ita, ut modo dicere coepimus, tum denique, cum corpus ei effecisset, procreavit. neque enim qui haec coniunxit, parere iuniori antiquius permisisset. sed nos multa, utpote fortunae participes, inconsiderate et temere loquimur. ille vero tam generatione quam vir-

ἕξω φορὰν ἐπεφήμισεν εἶναι τῆς ταύτου φύσεως, τὴν δ' ἐντὸς τῆς θατέρου. τὴν μὲν δὴ ταύτου κατὰ πλεονεξίαν ἐπὶ δεξιᾷ περιήγαγε, τὴν δὲ θατέρου κατὰ διάμετρον ἐπὶ ἀριστερά. κρότος δ' ἔδωκε τῇ ταύτου καὶ ὁμοίου περιφορᾷ· μίαν γὰρ αὐτὴν ἀσχισον εἶασε, τὴν δ' ἐντὸς σχίσας ἕξαχῆ ἑπτὰ κύκλους ἀνίσους κατὰ τὴν τοῦ διπλασίου καὶ τριπλασίου διάσασιν ἐκάστην, οὐσῶν ἑκατέρων τριῶν, κατὰ τὰναντία μὲν ἀλλήλοις προσέταξεν εἶναι τοὺς κύκλους, τάχει δὲ τρεῖς μὲν ὁμοίως, τοὺς δὲ τέτταρας ἀλλήλοις καὶ τοῖς τρισὶν ἀνομοίως, ἐν λόγῳ 10 δὲ φερομένους.

Ἐπεὶ δὲ κατὰ νοῦν τῷ ξυνιζάντι πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς ξύστασις ἐγεγένητο, μετὰ τοῦτο πᾶν τὸ σωματικὸν ἐντὸς αὐτῆς ἐτεκταίνετο καὶ μέσον μέση ξυναγαγῶν προσήρομοττεν. ἡ δ' ἐκ μέσου πρὸς τὸν ἔσχατον οὐρανὸν πάντῃ διαπλακεῖσα κύκλῳ τε αὐτὸν ἕξωθεν περικαλύψασα, αὐτὴ τε ἐν αὐτῇ ξερομένη θεῖαν ἀρχὴν ἤρξαστο ἀπαύσου καὶ ἔμφρονος βίου πρὸς τὸν ξύμπαντα χρόνον. καὶ τὸ μὲν δὴ σῶμα ὄρατὸν οὐρανοῦ γέγονεν, αὐτὴ δὲ ἀόρατος μὲν, λογισμοῦ δὲ μετέχουσα καὶ ἀρ- 20 μωνίας ψυχῆ τῶν νοητῶν αἰεὶ τε ὄντων, ὑπὸ τοῦ ἀρί-

vero alterius nominavit. atque illam, quae erat ipsius eiusdem natura cognata, in latus ad dexteram partem; eam vero, quae alterius, per diametrum ad laevam flexit: sed principatum dedit eiusdem ipsius similisque agitationi. eam namque solam indivisam reliquit. interiorem vero cum sexies divisisset, septemque orbes inaequales dupli et tripli intervallis effecisset, singula, cum tria sint utriusque, contrariis inter se cursibus orbes peragere iussit: et ex septem interioribus tres quidem pari celeritate, quatuor vero et ad se et ad reliquos tres celeritate quidem impari, debita tamen ratione converti. Postquam igitur secundum creatoris illius mentem tota animae constitutio absoluta fuit, mox omne corporeum intra ipsam effluxit, mediumque mediae accommodans apto modulamine copulavit. at illa a medio per omne usque ad coeli extrema se porrigens, eique extrinsecus circumfusa, seque in se ipsa convertens, ita sempiternae sapientisque vitae in universum tempus divinae dedit exordium. et corpus quidem coeli spectabile factum est; anima vero oculorum effugit obtutum, rationis et modulaminis compos, ab auctore suo, omnium quae semper sunt et sub in-

σου ἀρίστη γενομένη τῶν γεννηθέντων. αἶτε οὖν ἐν τῆς αὐτοῦ καὶ τῆς θατέρου φύσεως ἐκ τε οὐσίας τριῶν τούτων συγγραθεῖσα μοιρῶν, καὶ ἀνά λόγον μερισθεῖσα καὶ ξυνδεθεῖσα, αὐτὴ τε ἀνακυκλουμένη πρὸς αὐτὴν, ὅταν οὐσίαν σπεδαζὴν ἔχοντός τινος ἐφάνηται καὶ ὅταν ἀμέρισον, λέγει κινουμένη διὰ πάσης ἑαυτῆς, ὅτῳ τ' ἂν τι ταύτῳ ἢ καὶ ὅτῳ ἂν ἑτερον, πρὸς ὃ τί τε μάλιστα καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως καὶ ὅποτε ξυμβαίνει κατὰ τὰ γιγνόμενά τε πρὸς ἕκαστον ἕκαστα εἶναι καὶ πάσχειν καὶ πρὸς 10 τὰ κατὰ ταῦτά ἔχοντα αἰεὶ. λόγος δὲ ὁ κατὰ ταῦτ' ὄντων ἀληθὴς γιγνόμενος, περὶ τε θατέρου ὧν καὶ περὶ τὸ ταύτ' ὄντων, ἐν τῷ κινουμένῳ ὑφ' αὐτοῦ φερόμενος ἀνευ φθόγγου καὶ ἤχης, ὅταν μὲν περὶ τὸ αἰσθητὸν γίγνηται καὶ ὁ τοῦ θατέρου κύκλος ὀρθὸς ὧν εἰς πῦσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν διαγγεῖλη, δόξαι καὶ πίσεις γίγνονται βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς· ὅταν δὲ αὐτὸν περὶ τὸ λογισμὸν ἢ καὶ ὁ τοῦ ταύτου κύκλος εὐτροχος ὧν αὐτὰ μὴνύσῃ, νοῦς ἐπισημη- 20 μη τε ἐξ ἀνάγκης ἀποτελεῖται. τούτω δὲ ἐν ᾧ τῶν ὄντων ἐγγίγνεσθον, ἂν ποτε τις αὐτὸ ἄλλο πλὴν ψυχῆν εἴπῃ, πᾶν μᾶλλον ἢ τάλιθες ἐρεῖ.

telligentiam cadunt optimo, ipsa quoque optima omnium, quae genita sunt, effecta. quoniam igitur ex tribus partibus, eodem scilicet et altero et essentia, conflata est, ratione proportionis distincta atque compacta, nec non in se ipsam orbe reflectitur: quotiens aliquid attingit, quod essentiam dividuam habet et quod individuam, in se ipsam omnino conversa, quid sit utrumque, discernit, et cui quid idem sit, a quo alterum et diversum, ad quid quaeque, et ubi, quomodo, et quando esse huiusmodi aliquid vel pati contingat, tam in his quae gignuntur, quam in illis quae semper sunt eadem. ratio porro ad ipsum, quod idem est, vergens atque veridica, tam circa alterum quam circa idem versata, et sine sono strepituque omni in eâ, quod se ipso movetur, revoluta, quando ad sensibile aliquid se convertit, si tunc etiam alterius diversaeque naturae circulus recte per omnem ipsius animam rem ipsam nuntiet, opiniones fideique assensiones firmas verasque producit. quando rursus circa rationale se versat, et ipsius, quod idem est, circulus se apte revolvens rem denuntiat, intellectus necessario scientiaeque perficitur. haec quisquis in alio quam in anima fieri dixerit, a vero penitus aberrabit. Cum igitur

Ὡς δὲ κινήθην αὐτὸ καὶ ζῶν ἐγενόησε τῶν αἰδίων  
 θεῶν γεγονὸς ἀγαλμα ὃ γεννήσας πατὴρ, ἠγάσθη τε  
 καὶ εὐφρανθεὶς ἔτι δὴ μᾶλλον ὁμοιον πρὸς τὸ παράδει-  
 γμα ἐπενόησεν ἀπεργάσασθαι. καθὰ περ οὖν αὐτὸ τυγ-  
 χάνει ζῶν αἰδίων, καὶ τότε τὸ πᾶν οὕτως εἰς δύναμιν  
 ἐπεχείρησε τοιοῦτον ἀποτελεῖν. ἢ μὲν οὖν τοῦ ζῶου φύσις  
 ἐτύγχανεν οὕσα αἰώνιος. καὶ τοῦτο μὲν δὴ τῷ γεννητῷ  
 παντελῶς προσάπτειν οὐκ ἦν δυνατόν· εἰκὼ δ' ἐπινοεῖ  
 κινήτῳ τινα αἰῶνος ποιῆσαι, καὶ διακοσμιῶν ἅμα οὐρα-  
 νὸν ποιεῖ μένοντος αἰῶνος ἐν ἐνὶ κατ' ἀριθμὸν ἰούσαν 10  
 αἰώνιον εἰκόνα, τοῦτον δὲ χρόνον ὠνομάσαμεν. ἡμέρας  
 γὰρ καὶ νύκτας καὶ μῆνας καὶ ἐνιαυτούς οὐκ ὄντας  
 πρὶν οὐρανὸν γενέσθαι, τότε ἅμα ἐκείνῳ ξυνηξαμένῳ  
 τὴν γένεσιν αὐτῶν μηχανάται. ταῦτα δὲ πάντα μέρη  
 χρόνου, καὶ τὸ τ' ἦν τὸ τ' ἔσαι, χρόνον γεγονότα εἶδη,  
 ἃ δὴ φέροντες λαμβάνομεν ἐπὶ τὴν αἰδίων οὐσίαν οὐκ  
 38 ὀρθῶς. λέγομεν γὰρ δὴ ὡς ἦν ἔσι τε καὶ ἔσαι, τῇ δὲ τὸ  
 ἔσι μόνον κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον προσήκει, τὸ δὲ ἦν τὸ  
 τ' ἔσαι περὶ τὴν ἐν χρόνῳ γένεσιν ἰούσαν πρέπει λέγε-  
 σθαι κινήσεις γὰρ ἔσον, τὸ δὲ αἰεὶ κατὰ ταῦτά ἔχον 20  
 ἀκινήτως οὔτε προσβύτερον οὔτε νεώτερον προσήκει γί-

hoc a se factum sempiternorum Deorum simulacrum moveri et  
 vivere pater ille, qui genuit, animadverteret, delectatus est opere,  
 et hac ductus laetitia opus suum multo etiam magis primo illi  
 exemplari simile reddere cogitavit. itaque quemadmodum illud  
 sempiternum animal est, ita universum hoc pro viribus tale facere  
 statuit. illius quidem animalis aeterna natura est: quod genito  
 operi congruere omnino non potest. iccirco imaginem aevi mobi-  
 lem effingere decrevit: ac dum coelura exornaret, fecit aeternitatis  
 in unitate manentis aeternam quandam in numero fluentem ima-  
 ginem, quam nos tempus vocamus. dies porro et noctes et menses  
 et annos, qui ante coelum non erant, tunc nascente mundo nasci  
 inssit: quae omnia temporis partes sunt, atqui erat et erit, quae  
 nati temporis species sunt, non recte aeternae substantiae assigna-  
 mus. dicimus enim de illa, est, erat et erit. sed illi re vera solum  
 esse competit. fuisse vero et fore deinceps ad generationem tem-  
 pore procedentem referre debemus. motus enim quidam duo illa  
 sunt. aeterna autem substantia cum eadem semper et immobilis  
 perseveret, neque senior se ipsa fit unquam neque iunior, neque

γενέσθαι διὰ χρόνου οὐδὲ γενέσθαι ποτὲ οὐδὲ γεγονέναι  
 νῦν οὐδ' εἰσαῦθις ἔσεσθαι, τὸ παράπαν τε οὐδὲν ὅσα  
 γέσεις τοῖς ἐν αἰσθήσει φερομένοις προσήψεν, ἀλλὰ  
 χρόνον ταῦτα αἰῶνά τε μιμουμένου καὶ κατ' ἀριθμὸν  
 κινηλουμένου γέγονεν εἶδη. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὰ τοι-  
 αῦτε, τὸ τε γεγονὸς εἶναι γεγονὸς καὶ τὸ γιγνόμενον εἶ-  
 ναι γιγνόμενον, ἔτι δὲ τὸ γενησόμενον εἶναι γενησό-  
 μενον καὶ τὸ μὴ ὄν μὴ ὄν εἶναι, ὧν οὐδὲν ἀκριβὲς λέ-  
 γομεν. περὶ μὲν οὖν τούτων τάχ' ἂν οὐκ εἴη καιρὸς πρὲ-  
 10 πων ἐν τῷ παρόντι διακριβολογεῖσθαι, χρόνος δ' οὖν  
 μετ' οὐρανοῦ γέγονεν, ἵνα ἅμα γεννηθέντες ἅμα καὶ  
 λυθῶσιν, ἂν ποτε λύσις τις αὐτῶν γίγνηται, καὶ κατὰ  
 τὸ παράδειγμα τῆς αἰωνίας φύσεως, ἢ ὡς ὁμοιότατος  
 αὐτῷ κατὰ δύναμιν ἢ τὸ μὲν γὰρ δὴ παράδειγμα  
 πάντα αἰῶνά ἐστιν ὄν, ὃ δ' αὖθις διὰ τέλους τὸν ἅπαντα  
 χρόνον γεγονώς τε καὶ ὄν καὶ ἐσόμενος. ἔξ οὖν λόγου  
 καὶ διανοίας θεοῦ τοιαύτης πρὸς χρόνου γένεσιν, ἵνα  
 γεννηθῆ χρόνος, ἥλιος καὶ σελήνη καὶ πέντε ἄλλα  
 ἄστρα, ἐπιπλήν ἔχοντα πλανήτά, εἰς διορισμὸν καὶ φυ-  
 20 λικὴν ἀριθμῶν χρόνου γέγονε. σώματα δὲ αὐτῶν ἐκά-  
 τῳ ποιήσας ὁ θεὸς ἔθηκεν εἰς τὰς περιφορὰς ὡς ἡ θα-  
 τέρου περίοδος ἦεν, ἐπὶ αὐσας ὄντα ἐπτά, σελήνην

fuit hactenus, neque erit in posterum, neque recipit eorum quic-  
 quam, quibus res corporeae mobilesque ex ipsa generationis condi-  
 tione subiciuntur. nempe haec omnia temporis imitantis aevum  
 seque numero revolventis species sunt. saepe etiam dicimus, quod  
 factum est, esse factum: quod fit, in generatione esse: quod fiet,  
 esse faciendum: et quod non est, non esse. quorum nihil recte et  
 exacta ratione dicimus. sed exquisitam de iis discussionem praesens  
 disputatio non requirit. tempus vero una cum coelo factum est,  
 ut una orta etiam dissolvantur, si qua his dissolutio unquam  
 contigerit: et ad exemplar aeternae naturae ideo factum est, ut  
 mundus hic illi praestantiori, quoad potest, simillimus sit. ille  
 enim mundus, huius exemplar, omne per aevum est: hic vero  
 perpetuo per omne tempus fuit sitque solus et erit. hac ratione con-  
 silioque Dei, tempus creare volentis, sol et luna et aliae quinque  
 stellae, quae vocantur erraticae, factae sunt, quo temporis nume-  
 rus distinguatur atque observetur. cum vero stellarum huiusmodi  
 corpora septem fecisset Deus, septem orbibus, qui alterius ipsius  
 diversaeque naturae circuitu volvuntur, adhibuit. lunam in primo

νόον αὐτῷ πεποιημένον εἶναι καθ' ὅλον. κινήσεις δὲ  
 δύο προσήψεν ἐκείνῳ, τὴν μὲν ἐν ταύτῳ κατὰ ταῦτά  
 περὶ τῶν αὐτῶν αἰεὶ τὰ αὐτὰ ἑαυτῷ διανοομένῳ, τὴν  
 δὲ εἰς τὸ πρόσθεν ὑπὸ τῆς ταυτοῦ καὶ ὁμοίου περιφο-  
 ρᾶς κρατουμένῳ· τὰς δὲ πέντε κινήσεις ἀκίνητον καὶ  
 ἐξός, ἢ ὅτι μάλιστα αὐτῶν ἕκαστον γένοιτο ὡς ἄριστον.  
 10 ἔξ ἧς δὴ τῆς αἰτίας γέγονεν ὁ δ' ἀπλανῆ τῶν ἄστρον ζῶα  
 θεῖα ὄντα καὶ αἰδία καὶ κατὰ ταῦτά ἐν ταύτῳ σφροδ-  
 μενα αἰεὶ μένει· τὰ δὲ τροπέμενα καὶ πλάνην τοιαύτην  
 10 ἴσχυοντα, καθά περ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐρρήθη, κατ' ἐκεῖνα  
 γέρονε. γῆν δὲ τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἰλλομένην δὲ  
 περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τεταμένον φύλακα καὶ δη-  
 μιουργὸν νυκτὸς τε καὶ ἡμέρας ἐμηχανήσατο, πρώτην  
 καὶ προσβυτάτην θεῶν ὅσοι ἐντὸς οὐρανοῦ γέγονασι.  
 χορείας δὲ τούτων αὐτῶν καὶ παραβολὰς ἀλλήλων, καὶ  
 περὶ τὰς τῶν κύκλων πρὸς ἑαυτοὺς ἐπανακκυλή-  
 σεις καὶ προσχωρήσεις, ἐν τε ταῖς ξυνάψεσιν ὁποῖοι  
 τῶν θεῶν κατ' ἀλλήλους γιγνόμενοι καὶ ὅσοι καταντι-  
 κρῦ, μεθ' οὓς τινὰς τε ἐπίπροσθεν ἀλλήλοις ἡμῖν τε  
 20 κατὰ χρόνους οὓς τινὰς ἕκαστοι κατακαλύπτονται καὶ  
 πάλιν ἀναφαινώμενοι φόβους καὶ σημεῖα τῶν μετὰ

que ex hac varietate ornatus accederet. dedit autem divinis duo ge-  
 nera motus: alterum, quo in eodem semper et similiter volverentur,  
 cum de eisdem semper secum ipsis eadem cogitent: alterum,  
 quo in anteriorem partem ab eiusdem ipsius similisque vertigine  
 ducerentur. reliquos autem quinque motus ab iis esse voluit alie-  
 nos, ut unumquodque illorum, quoad fieri potest, optimum esset.  
 qua ex causa facta sunt astra illa erroris expertia, quae divina ani-  
 malia sunt: proptereaquae in eodem semper circuitu perseverant.  
 quae vero vaga sunt et mutabili ratione labuntur, ita deinceps, ut  
 supra diximus, disposita sunt. terram autem, altricem nostram,  
 circa polum per universum extensum alligatam, diei noctisque ef-  
 fectricem et custodem esse voluit, nec non primam antiquissimam-  
 que Deorum omnium, qui intra coelum sunt geniti, horum vero  
 Deorum choreas, et inter ipsos concursiones, circulatorumque ip-  
 sorum revolutiones varias et accessus, quales praeterea fiant con-  
 iuncti sibi invicem vel oppositi, sive ante inter se sive retro,  
 quidve ex illorum serie nobis proveniat, quibus temporibus et quo  
 pacto delitescant singuli vel emergant, quidve poriciant, quando

ταῦτα γενησομένων τοῖς δυναμένοις λογιζέσθαι πέμ-  
πουσι, τὸ λέγειν ἄνευ διόψεως τούτων αὐτῶν μιμη-  
μάτων μάταιος ἂν εἴη πόρος, ἀλλὰ ταῦτά τε ἱκανῶς  
ἡμῖν ταύτη καὶ τὰ περὶ θεῶν ὁρατῶν καὶ γεννητῶν εἰ-  
ρημένα φύσεως ἔχτω τέλος.

Περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν καὶ γινῶναι  
τὴν γένεσιν μείζον ἢ καθ' ἡμᾶς, πεισέον δὲ τοῖς εἰρη-  
κόσιν ἔμπροσθεν, ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν, ὡς ἔφασαν,  
σαφῶς δὲ πού τούς γε αὐτῶν προγόνους εἰδῶσιν· ἀδύ-  
νατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καὶ περ ἄνευ τε εἰκό- 10  
των καὶ ἀναγκαίου ἀποδείξεω λέγουσιν, ἀλλ' ὡς οἰκεία  
φάσκουσιν ἀπαγγέλλειν ἐπομένους τῷ νόμῳ πισευτέον.  
οὕτως οὖν κατ' ἐκείνους ἡμῖν ἡ γένεσις περὶ τούτων  
τῶν θεῶν ἔχτω καὶ λεγέσθω. Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ  
παῖδες Ὠκεανὸς τε καὶ Τηθύς ἐγενέσθην, τούτων δὲ  
Φόρβος Κρόνος τε καὶ Ρέα καὶ ὅσοι μετὰ τούτων, ἐκ  
δὲ Κρόνου καὶ Ρέας Ζεὺς Ἥρα τε καὶ πάντες ὅσους  
ἴσμεν πάντας ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν, ἔτι τε τού-  
των ἄλλους ἐκγόνους.

Ἐπεὶ δ' οὖν πάντες ὅσοι τε περιπολοῦσι φανερώς 20  
καὶ ὅσοι φαίνονται καθ' ὅσον ἂν ἐθέλωσι θεοὶ γένεσιν

orientes hominibus harum rerum peritis timorem incutiunt, haec, inquam, omnia absque diligenti simulacrorum ipsorum inspectione explicare velle inanis est labor. sed de his satis: et iam, quae de natura Deorum illorum, qui tales geniti sunt, ut cernantur, dicenda erant, finem habeant. Ceterorum vero, qui daemones appellantur, et cognoscere et enuntiare ortum maius est opus, quam ferre nostrum valeat ingenium. priscis itaque viris hac in re credendum est, qui Diis geniti, ut ipsi dicebant, parentes suos optime noverant. impossibile sane Deorum filiis fidem non habere, licet nec necessariis nec verisimilibus rationibus eorum oratio confirmetur. verum quia de domesticis rebus loqui se affirmabant, nos, legem secuti, fidem praestabimus. sic igitur, ut ab his est traditum, horum Deorum genetio habeatur atque dicatur. Terrae Coelique filii Oceanus et Tethys fuisse traduntur: ab iis Phoreyn, Saturnus et Rhea geniti, et reliqui horum fratres. ex Saturno et Rhea Iupiter et Iuno et reliqui, quos eorum fratres quotidie memorari audimus, nati dicuntur. ex his deinceps, ut traditur, alii. Postquam orti sunt omnes, et qui coelo voluntur Di, nostris oculis manifesti, et qui catenus nobis conspicui fiunt, quatenus ipsi volunt,

ἴσχον, λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ τὸδε τὸ πᾶν γενήσας  
τάδε· Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων,  
ἃ δι' ἐμοῦ γινόμενα πάντα ἐμοῦ γ' ἐθέλοντος. τὸ μὲν  
οὖν δὴ δεδέν πᾶν λυτόν, τό γε μὴν καλῶς ἄρμοσθέν  
καὶ ἔχον εὖ λύνει ἐθέλειν κακοῦ. δι' ἃ καὶ ἐπεὶ περ γε-  
γένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὖν ἐξὲ οὐδ' ἄλλοι τὸ πάμπαν,  
οὐ τι μὲν δὴ λυθήσεσθε γε οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου  
μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως μείζονος ἔτι θεομοῦ καὶ κν-  
ριωτέρου λαχόντες ἐκείνων οἷς ὅτ' ἐγένεσθε ξυνδεισθε.  
10 νῦν οὖν ὃ λέγω πρὸς ὑμᾶς ἐνδεικνύμενος, μάθετε. θνητὰ  
ἔτι γένη λοιπὰ τρι' ἀγέννητα. τούτων οὖν μὴ γενομένων  
οὐρανὸς ἀτελής ἔσαι· τὰ γὰρ ἅπαντα ἐν αὐτῷ γένη ζῶων  
οὐ γέξει, δεῖ δέ, εἰ μέλλει τέλος ἱκανῶς εἶναι. δι' ἐμοῦ δὲ  
ταῦτα γινόμενα καὶ βίον μετασχόντα θεοῖς ἰσάζουσι ἂν.  
ἔν' οὖν θνητὰ τε ἢ τό τε πᾶν τὸδε ὄντως ἅπαν ἢ, τρέ-  
πεσθε κατὰ φύσιν ὑμεῖς ἐπὶ τὴν τῶν ζῶων δημιουρ-  
γίαν, μιμούμενοι τὴν ἐμὴν δύναμιν περὶ τὴν ὑμετέ-  
ραν γένεσιν. καὶ καθ' ὅσον μὲν αὐτῶν ἀθανάτους ὁμώ-  
νυμον εἶναι προσήκει, θεῖον λεγόμενον ἡγεμονοῦν  
20 τ' ἐν αὐτοῖς τῶν αἰεὶ δίκη καὶ ὑμῖν ἐθελόντων ἐπεσθαι,

tum ad eos mundi genitor ita fatur: Dii deorum, quorum opifex ego et pater sum, haec attendite. quae a me facta sunt, me ita volente indissolubilia sunt. omne siquidem, quod vinctum est, solvi potest; sed mali est, quod pulchre compositum est sequae habet bene, velle dissolvere. quapropter, quia generati estis, immortales quidem et indissolubiles omnino non estis. nec tamen unquam dissolvemini, nec mortis fatum subibitis. nam voluntas mea maius praestantiusque vobis est vinculum ad vitae custodiam quam nexus illi, quibus estis tunc, cum gignebamini, colligati. sed nunc iam, quid iubeam, cognoscite. tria adhuc genera mortaliu nobis generanda restant: absque horum generatione coelum imperfectum erit. omnia enim animantium genera ambitu suo non continebit. contineat autem oportet, si est mundus omnino perfectus futurus. haec vero si a me fiant solo vitaeque donentur, Diis adaequabuntur. quapropter accedite vos secundum naturam ad animalium generationem, ita ut imitemini meam, qua in ortu vestro sum usus. atque eius quidem animalis, quod in ipsis tale futurum est, ut cum immortalibus appellatione conveniat, divinumque vocetur, principatumque teneat, et iustitiam simul ac

σπεύρας καὶ ὑπαρξάμενος ἐγὼ παραδώσω· τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς, ἀθάνατῳ θνητὸν προσυφαίνοντες, ἀπεργάζεσθε ζῶα καὶ γεννᾶτε τροφήν τε δίδόντες ἀξάνετε καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε.

Ταῦτ' εἶπε, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν πρότερον κρατήρα, ἐν ᾧ τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν κεραυνὸς ἔμισγε, τὰ τῶν πρόσθεν ὑπόλοιπα κατεχεῖτο μίσγων τρόπον μὲν τινα τὸν αὐτὸν, ἀκέραια δ' οὐκέτι κατὰ ταῦτα ὡσαύτως, ἀλλὰ δευτέρα καὶ τρίτα. ξυζήσας δὲ τὸ πᾶν διεῖλε ψυχὰς ἰσαριθμούς τοῖς ἄστροις ἐνειμέ δ' ἐκάστην πρὸς ἕκα- 10  
σον, καὶ ἐμβιβάσας ὡς ἐς ὄχημα τὴν τοῦ παντὸς φύσιν ἔδειξε, νόμους τε τοὺς εἰμαρμένους εἶπεν αὐταῖς, ὅτι γενεαὶς πρώτῃ μὲν ἴσοιτο τεταγμένη μία πᾶσιν, ἵνα μὴ τις ἐλαττοῖτο ὑπ' αὐτοῦ, δευτῇ δὲ σπασείσας αὐτὰς εἰς τὰ προσήκοντα ἐκάστας ἕκαστα ὄργανα χρόνου 42  
φῦναι ζῶαν τὸ θεοσεβέστατον, διπλῆς δὲ οὐσῆς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ κρείττον τοιοῦτον εἶη γένος, ὃ καὶ ἔπειτα κεκλήσοιτο ἀνήρ. ὅποτε δὴ σώμασιν ἐμφυτευθεῖεν ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ μὲν προσιοί, τὸ δ' ἀπιοί τοῦ σώματος αὐτῶν, πρῶτον μὲν αἰσθησὶν ἀναγ- 20

vos ultro colat, ego vobis semen et initium tradam: vos cetera exsequi par est, ut immortalī naturae mortalem attexentes, faciatis generetisque animalia, subministrantesque alimenta augeatis, et consumpta rursus recipiatis. Haec fatus in eodem rursus cratere, in quomundi totius animam permiscens temperaverat, superioris temperationis reliquias miscendo perfudit, modo quodam ferme eodem. non tamen perfectas similiter, sed et secundo et tertio gradu a primis deficientes. denique cum universum constituisset, astris parem numerum distribuit animarum, singulis singulas adhibens, eisque tanquam vehiculo impositis monstravit universi naturam, ac leges fatales edixit; ostendens quidem primam omnibus generationem ordine quodam unam fore, ne quis ab eo minus aliquid sortiat. satis autem et quasi sparsis animis per singula singulis convenientia temporum instrumenta, fore ut animal nasceretur, quod omnium animalium maxime esset divino cultui deditum. esse autem naturam hominis geminam: cuius id genus fore praestantius, quod viri nomine sit appellandum. cum vero animae corporibus necessitate quadam insertae fuerint, et corporibus earum accesserit aliquid vicissimque abscesserit, primum utique necessario

καὶ ὅσα ἐναντίας πέφυκε διεσηκότε· ὧν εἰ μὲν κρατήρειαν, ἐν δίκῃ βιώσονται, κρατηθέντες δὲ ἀδικία. καὶ ὁ μὲν εὖ τὸν προσήκοντα βίους χρόνον, πάλιν εἰς τὴν τοῦ ξυννόμου πορευθεὶς οἴκησιν ἄστρον, βίον εὐδαίμονα καὶ συνήθη ἔξοι σφαλεῖς δὲ τούτων εἰς γυναικὸς φύσιν ἐν τῇ δευτέρῃ γενέσει μεταβαλοῖ· 10  
μὴ πανόμενος δὲ ἐν τούτοις ἔτι κακίας, τρόπον ὃν κακύνοντο, κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς τοῦ τρόπου γενέσεως εἰς τινα τοιαύτην ἀεὶ μεταβαλοῖ θήρειον φύσιν, ἀλλὰ τινῶν τε οὐ πρότερον πόνον λήξει, πρὶν τῇ ταύτου καὶ ὁμοίου περιόδῳ τῇ ἐν αὐτῷ ξυνεπισηπόμενος τὸν πολὺν ὄχλον καὶ ὑπερον προσφύντα ἐν πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος καὶ γῆς, θορυβώδη καὶ ἄλογον ὄντα λόγῳ κρατήσας εἰς τὸ τῆς πρώτης καὶ ἀρίστης ἀφίκοιτο εἶδος ἕξεως. Διαθεσμοθετήσας δὲ πάντα αὐτοῖς ταῦτα, ἵνα τῆς ἔπειτα εἶη κακίας ἐκάστων ἀνάστις, ἴσπειρε 20  
τοὺς μὲν εἰς γῆν, τοὺς δ' εἰς σελήνην, τοὺς δ' εἰς τᾶλλα ὅσα ὄργανα χρόνου. τὸ δὲ μετὰ τὸν σπόρον

sensum unum omnibus intimum et naturae coniunctum illis a violentis passionibus excitari, deinde voluptate et dolore mixtum amorem, post haec metum et iram, et quaecunque vel ista sequuntur vel ab istis ut contraria dissident: haec qui superaverint, eos iuste victuros: iniuste vero, qui ab his fuerint superati, atque illum, qui recte curriculum vivendi a natura datum confecerit, ad illud astrum, cui accommodatus fuerit, reversum beatam vitam acturum: contra vero agentes cogi in ortu secundo, sexu mutato, fieri mulierem. et qui ne tum quidem finem peccandi faciet, quantum depravatur, eatenus in brutorum naturam suis moribus similem permutari: nec prius a mutationibus laboribusque cessare, quam illam sibi insitam eiusdem ipsius similisque naturae conversionem secutus ipse, eique subiciens turbulentos multiplicesque affectus, postea ex igni, aqua, aere et terra contractos, ratione sedaverit, et ad primum optimumque sui habitum iam redierit. Quae cum illis ita designavisset, ne qua penes se futurae pravitalis causa esset, alios in terram, alios in lunam, alios in alia temporis instrumenta spargens quasi serebat. post huiusmodi sementem, quod



νοῦ καλῶν καὶ ἀγαθῶν δημιουργοὶ καὶ ὅσαι μονωθεῖ-  
 σαι φρονήσεως τὸ τυχὸν ἀτακτον ἐιάσσοτε ἐξεργάζονται,  
 τὰ μὲν οὖν τῶν ὀμμάτων ζυμμεταίτια πρὸς τὸ σχεῖν  
 τὴν δύναμιν ἦν νῦν εἰληγεν εἰρήθω· τὸ δὲ μέγισον  
 47 αὐτῶν εἰς ὠφέλειαν ἔργον, δι' ὃ θεὸς αὐτῶν ἡμῖν δε-  
 δώθηται, μετὰ τοῦτο ζητέον. ὅψις δὲ κατὰ τὸν ἐμὸν  
 λόγον αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν, ὅτι  
 τῶν νῦν λόγων περὶ τοῦ παντός λεγομένων οὐδεὶς ἂν  
 ποτε ἐρρόθη μήτε ἄσρα μήτε ἥλιον μήτ' οὐρανὸν ἰδόν-  
 των. νῦν δ' ἡμέρα τε καὶ νύξ ὀφθεῖσθαι μῆνες τε καὶ 10  
 ἐνιαυτῶν περίοδοι μεμηγάνηται μὲν ἀοιδμόν, χρόνου  
 δὲ ἔννοϊαν περὶ τε τῆς τοῦ παντός φύσεως ζήτησιν ἐδο-  
 σαν· ἐξ ἧν ἐποιοσάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὐ μείζον  
 ἀγαθὸν οὐτ' ἤλθεν οὐθ' ἤξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει  
 δωρηθῆν ἐκ θεῶν. λέγω δὲ τοῦτο ὀμμάτων μέγιστον  
 ἀγαθόν· τὰλλα δὲ, ὅσα ἐλάττω, τί ἂν ὑμνοῖμεν; ὧν ὁ  
 μὴ φιλόσοφος τυφλωθεὶς ὀδυρόμενος ἂν θρηνοῖ μά-  
 την. ἀλλὰ τοῦτο λέγεσθω παρ' ἡμῶν, αὕτη ἐπὶ ταῦτα  
 αἰτία, θεὸν ἡμῖν ἀνευρεῖν δωρήσασθαι τε ὅψιν, ἵνα  
 τὰς ἐν οὐρανῷ κατιδόντες τοῦ νοῦ περιόδους χρῆσαι- 20  
 μεθα ἐπὶ τὰς περιφορὰς τὰς τῆς παρ' ἡμῖν διανοήσεως.

em de his, quae cum intelligentia effectricis sunt pulchrarum re-  
 rum atque bonarum, et de iis rursus, quae vacantes prudentia  
 quodlibet passim sine ordine faciunt, at de secundis quidem cau-  
 sis oculorum, ad eam vim, quam habent, conducentibus, satis  
 esse dictum puto: maximum vero opus, cujus gratia utiliter nobis  
 a Deo donati sunt, deinceps explicandum censeo, rerum enim op-  
 timarum, ut arbitror, cognitionem nobis oculi attulerunt. nam  
 haec, quae de mundo disputantur, nunquam inventa essent, si  
 neque sidera neque sol neque coelum suspici potuissent: cognitio  
 vero diei ac noctis, ab oculis orta, fecit, ut dinumeratione quadam  
 mensuram annorumque ambitus metiremur, tempus cognoscereimus,  
 universae naturae ordinem scrutaremur. quibus ex rebus philoso-  
 phiam adepti sumus; quo hono nihil unquam maius mortalium  
 generi datum est Deorum munere, neque dabitur. hoc igitur ma-  
 ximum oculorum beneficium esse dico: minora alia praefero.  
 quibus, qui a philosophia alieni sunt, orbi si querantur, frustra  
 querentur. nobis vero asserendum est ob hanc potissimum rati-  
 onem Deum oculos genuisse, ut mentis circuitus, qui in coelo  
 peraguntur, intuitu in usum redigamus nostrae mentis, cogitatio-

48 δέσθαι. μεμιγμένη γὰρ οὖν ἡ τοῦδε 'τοῦ κόσμου γέ-  
νεσις ἐξ ἀνάγκης τε καὶ νοῦ συσάσεως ἐγεννήθη· νοῦ  
δὲ ἀνάγκης ἀρχοντος τῷ πείθειν αὐτὴν τῶν γιγνομέ-  
νων τὰ πλεῖστα ἐπὶ το βελτιστον ἄγειν, ταύτη κατὰ  
ταῦτά τε δι' ἀνάγκης ἠττωμένης ὑπὸ πειθοῦς ἔμφο-  
ρος οὕτω κατ' ἀρχὰς ξυνίστατο τόδε τὸ πᾶν. εἴ τις οὖν  
ἢ γέρονε, κατὰ ταῦτα ὄντως ἐρεῖ, μικτέον καὶ τὸ τῆς  
πλενωμένης εἶδος αἰτίας, ἢ φέρειν πέφυκεν. ὥδε οὖν  
πάλιν ἀναχωρητέον, καὶ λαβούσιν αὐτῶν τούτων προς-  
ἤκουσαν ἀρχὴν ἑτέραν αὐθις αὖ, καθά περ περὶ τῶν 10  
τότε, νῦν οὕτω περὶ τούτων πάλιν ἀρχτέον ἀπ' ἀρ-  
χῆς. τὴν δὴ πρὸ τῆς οὐρανοῦ γενέσεως πυρὸς ὕδατος τε  
καὶ ἀέρος καὶ γῆς φύσιν θεατέον αὐτὴν καὶ τὰ πρὸ τούτου  
πάθη. νῦν γὰρ οὐδεὶς πω γένεσιν αὐτῶν μεμίνυκεν,  
ἀλλ' ὡς εἰδοὶ πῦρ ὃ τί ποτε ἔσι καὶ ἕκασον αὐτῶν λέ-  
γομεν ἀρχὰς αὐτὰ τιθέμενοι σοικεῖα τοῦ παντός, προς-  
ῆκον αὐτοῖς οὐδ' ὡς ἐν συλλαβῆς εἶδει μόνον εἰκότως  
ὑπὸ τοῦ καὶ βραχὺ φρονοῦντος ἀπεικασθῆναι. νῦν δὲ  
οὖν τό γε παρ' ἡμῶν ὥδε ἐχέτω· τὴν μὲν περὶ ἀπάν-  
των εἴτε ἀρχὴν εἴτε ἀρχὰς εἴτε ὅπη δοκεῖ τούτων πέρι, 20  
τὸ νῦν οὐ ῥητέον, δι' ἄλλο μὲν οὐδέν, διὰ δὲ τὸ χα-

necessitas invehit, dicere. mundi enim huius generatio ex necessitatis mentisque coetu mixta est. nam cum mens necessitati dominaretur, propterea quod persuadendo eam ad optimos ut plurimum rerum eventus induceret, ipsaque hac ratione cedens sapienti persuasioni pareret, mundi huius exordia constiterunt. oportet igitur eum, qui mundi constitutionem vere narraturus erit, erraticae quoque causae speciem pro naturae ipsius instinctu miscere. quod ita commode fiet, si horum ipsorum convenienti principio sumpio, sic de his, quemadmodum de superioribus, ab ipsa rursus origine disseramus. naturam ergo et passiones ignis, aquae, aëris atque terrae, generationem coeli praecedentes, consideremus. nullus profecto ad hoc usque tempus eorum generationem ostendit: sed quasi notum sit, quid sit ignis et reliqua, sic de illis verba facimus, eaque mundi primordia constituimus, cum nec syllabarum quidem, nedum elementorum, vicem tenere apud homines mentis quoquo modo compotes debeant. nos vero in praesenti nihil de principio universorum, sive principiis, sive quomodocunque aliter id appellatur, dicendum putamus. cui quidem disputationi nihil

λεπτόν εἶναι κατὰ τὸν παρόντα τρόπον τῆς διεξόδου δηλώσαι τὰ δοκοῦντα. μήτ' οὖν ὑμεῖς οἴεσθε δεῖν ἐμὲ λέγειν, οὔτ' αὐτὸς αὖ πείθειν ἐμαυτὸν εἶην ἂν δυνατός ὡς ὀρθῶς ἐγχειροῦμ' ἂν τοσοῦτον ἐπαβαλλόμενος ἔργον. τὸ δὲ κατ' ἀρχὰς ὀρθῶς διαφυλάττων, τὴν τῶν εἰκότων λόγων δύναμιν, πειράσομαι μηδενὸς ἠττον εἰκότα, μᾶλλον δὲ καὶ ἔμπροσθεν ἀπ' ἀρχῆς περὶ ἕκασον καὶ ξυμπάντων λέγειν. θεὸν δὴ καὶ νῦν ἐπ' ἀρχῇ τῶν λεγομένων σωτήρα ἐξ ἀτόπου καὶ ἀήθους διηγῆ-

10 σεως πρὸς τὸ τῶν εἰκότων δόγμα διασώζειν ἡμᾶς ἐπι-  
καλεσάμενοι πάλιν ἀρχώμεθα λέγειν.

Ἡ δ' οὖν αὐθις ἀρχὴ περὶ τοῦ παντός ἐσω μειζώως τῆς πρόσθεν διηρημένη. τότε μὲν γὰρ δύο εἶδη διειλόμεθα, νῦν δὲ τρίτον ἄλλο γένος ἡμῖν δηλωτέον. τὰ μὲν γὰρ δύο ἰκανὰ ἦν ἐπὶ τοῖς ἔμπροσθεν λεχθεῖσιν, ἐν μὲν ὡς παραδείγματος εἶδος ὑποτεθέν, νοητὸν καὶ αἰεὶ κατὰ ταῦτα ὄν, μίμημα δὲ παραδείγματος δευτέρον, γένεσιν ἔχον καὶ ὀρατόν. τρίτον δὲ τότε 49  
μὲν οὐ διειλόμεθα, νομίσαντες τὰ δύο ἕξειν ἰκανῶς·  
20 νῦν δὲ ὁ λόγος ἔοικεν εἰσαναγκάζειν χαλεπὸν καὶ ἀμυδρὸν εἶδος ἐπιχειρεῖν λόγοις ἐμφανίσαι. τίνα οὖν ἔχον

aliud impedimento est, nisi quod difficile sit praesenti disputandi modo, quae de his videntur, exprimere. neque igitur vos id expectabitis, neque ego mihi persuadebo recte me tantum opus aggredi posse. quod autem ab initio dixi, verisimilitudinis vim servabimus, studebimusque in rationibus verisimilibus circa haec assignandis nulli cedere: atque ita singula et universa a principio exponemus. deum igitur etiam nunc, disputationis servatorem, in primis oremus, ut nos ex admirabili et insolita expositione ad verisimilem doctrinam traducat: atque ita instituti disputationem exordiamur. sed hanc de universo disputationem ab ampliori divisione, quam supra, ducamus. tunc enim duas in species facta divisio est: nunc tertium genus addendum. duo enim in superioribus sufficiebant, unum quidem exemplaris loco, semper idem solaque intelligentia comprehendendum: alterum simulacrum ab hoc exemplari deductum, generationi oculisque subiectum. cum vero duo haec sufficere putarem, tertium non adiunximus. nunc autem cogere nos ratio videtur, ut difficilem et obscuram speciem declarare conemur. quam igitur vim, quamve naturam habere putan-

δύναμιν κατὰ φύσιν αὐτὸ ὑποληπτέον; τοιαύδε μάλιστα,  
 πάσης εἶναι γενέσεως ὑποδοχὴν αὐτὸ, οἷον τιθήνην.  
 εἴρηται μὲν οὖν τέλειθές, δεῖ δ' ἐναργέστερον εἰπεῖν  
 περὶ αὐτοῦ. χαλεπὸν δὲ ἄλλως τε καὶ διότι προσπο-  
 ρηθῆναι περὶ πυρός καὶ τῶν μετὰ πυρὸς ἀναγκαῖον  
 τούτου χάριν· τούτων γὰρ εἰπεῖν ἕκαστον, ὅποσον ὄν-  
 τως ὕδωρ χρῆ λέγειν μᾶλλον ἢ πῦρ καὶ ὅποσον ὄτιον  
 μᾶλλον ἢ καὶ ἅπαντα καθ' ἕκαστόν τε, οὕτως ὡς τέ τινα  
 πεισῶ καὶ βεβαίω χρήσασθαι λόγῳ, χαλεπὸν. πῶς οὖν δὴ  
 τοῦτ' αὐτὸ καὶ πῆ καὶ τί περὶ αὐτῶν εἰκότως διαπο- 10  
 ρηθέντες ἂν λέγοιμεν; πρῶτον μὲν ὃ δὴ νῦν ὕδωρ  
 ὀνομάκαμεν, πηγνύμενον, ὡς δοκοῦμεν, λίθους καὶ  
 γῆν γιγνώμενον ὀρῶμεν, τηρόμενον δὲ καὶ διακριτό-  
 μενον αὐτῶν τούτου πνεῦμα καὶ ἄερα, ξυγκυανθέντα  
 δὲ ἄερα πῦρ, ἀνάπαλιγ δὲ πῦρ συγκυανθὲν καὶ καταβε-  
 σθὲν εἰς ἰδέαν τε ἀπὸν αὐθις ἄερος, καὶ πάλιν ἄερα  
 ξυνιόντα καὶ πυκνούμενον νέφος καὶ ὀμίχλην, ἐκ δὲ  
 τούτων ἔτι μᾶλλον ξυμπιλουμένων ῥέον ὕδωρ, ἐξ ὕδα-  
 τος δὲ γῆν καὶ λίθους αὐθις, κῆλον τε οὕτω διαδι-  
 δόντα εἰς ἄλληλα, ὡς φαίνεται, τῆν γενέσιν. οὕτω δὴ 20  
 τούτων οὐδέποτε τῶν αὐτῶν ἐκᾶστων φανταζομένων,

dum? hanc utique, generationis horum omnium receptaculum et  
 quasi nutricem esse. quod quamvis vere dicatur, paulo tamen  
 apertius est dicendum. arduum id quidem, eo maxime, quod ad  
 huius rei demonstrationem dubitare prius necesse est et inquirere  
 de igni et reliquis, quae elementa vocantur, quid istorum aquam  
 potius quam ignem, aut aërem potius quam terram, aut certum  
 aliquid unum magis quam cuncta vocare oporteat. difficile sane  
 certum aliquid et firmum de istis asserere. quoniam igitur pacto,  
 et qua ratione? et quid probabile in huiusmodi inquisitione dice-  
 mus? principio id corpus, quod modo aquam nominavimus,  
 quando in solidam concrevit materiam, lapis et terra fieri videtur:  
 quando vero liquescit et diffluit, spiritus atque aër. item aër exustus  
 ignis efficitur: ignis exstinctus et corpulentior factus aërem creat.  
 rursus crassior factus aër in nebulas nubesque concrevit. his etiam  
 magis compressis pluviae defluunt. ex aqua rursus terra lapides-  
 que gignuntur. atque ita videmus haec omnia circuitu quodam sibi  
 invicem vires fomentaque generationis vicissim tribuere. quae cum  
 nunquam eadem appareant permanere, quisnam sine rubore re-

ποῖον αὐτῶν ὡς ὄν ὄτιον τούτο καὶ οὐκ ἄλλο παρῶς  
 δυσχρηζόμενος οὐκ αἰσχυρεῖται τις ἑαυτόν; οὐκ ἐστίν,  
 ἀλλ' ἀσφαλέςατον μακρῶ περὶ τούτων τιθεμένους  
 ὡς λέγειν· αἰεὶ ὃ καθορῶμεν ἄλλοτε ἄλλη γιγνόμενον,  
 ὡς πῦρ, μὴ τούτο ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον ἐκᾶστοτε προσαγο-  
 ρεύειν πῦρ, μηδὲ ὕδωρ τούτο ἀλλὰ τοιοῦτον αἰεὶ, μηδὲ  
 ἄλλο ποτὲ μηδὲν ὡς τιν' ἔχον βεβαιότητα, ὅσα δει-  
 κνύντες τῷ ῥήματι τῷ τότε καὶ τούτο προσχρώμενοι  
 δηλοῦν ἠγούμεθά τι φεύγει γὰρ οὐχ ὑπομένον τῆν  
 10 τοῦ τότε καὶ τῆν τούτου καὶ τῆν τῶδε καὶ πᾶσαν ὄση  
 μόνιμα ὡς ὄντα αὐτὰ ἐνδείκνυται φάσις. ἀλλὰ ταῦτα  
 μὲν ἕκαστα μὴ λέγειν, τὸ δὲ τοιοῦτον αἰεὶ περιφερόμε-  
 νον ὅμοιον ἐκᾶστω περὶ καὶ ξυμπάντων οὕτω καλεῖν  
 καὶ δὴ καὶ πῦρ τὸ διὰ παντός τοιοῦτον, καὶ ἅπαν  
 ὅσον περὶ ἂν ἔχη γενέσιν. ἐν ᾧ δὲ ἐγγιγνόμενα αἰεὶ  
 ἕκαστα αὐτῶν φαντάζεται καὶ πάλιν ἐκείθεν ἀπόλλυται,  
 μόνον ἐκεῖνο αὐτὸ προσαγορεύειν τῷ τε τούτο καὶ τῷ 50  
 τότε προσχρωμένους ὀνόματι, τὸ δὲ ὅποιοι οὖν τι, θεο-  
 μὸν ἢ λευκὸν ἢ καὶ ὄτιον τῶν ἐναντιῶν, καὶ πάνθ' ὅ-  
 20 σα ἐκ τούτων, μηδὲν ἐκεῖνο αὐτὸ τούτων καλεῖν. ἔτι

dargutionisque suspicione poterit istorum aliquid unum potius  
 quam aliud certe et firmiter appellare? nemo certe. quare tutissi-  
 mus in his hic erit loquendi modus: hoc, quod semper alias ali-  
 ter formatum videtur, et plerumque iuxta ignis effigiem, non est  
 utique ignis hoc aliquid, sed tale, id est, igneum quiddam; nec aqua  
 hoc aliquid, sed tale quid, id est, aqueum; nec aliud quicquam, ve-  
 lut ullam habens stabilitatem. denique nec pronomiibus quidem  
 ullis haec signanda sunt, quibus in rei cuiuslibet demonstratione,  
 cum hoc vel istud dicimus, uti solemus: fugiunt enim, nec ex-  
 spectant vel eam demonstrationem, quae hoc et huius et huic  
 designat, vel appellationem, quae de his tanquam de existentibus  
 et stabilibus habeatur. igitur huiusmodi omnia neque hoc  
 neque istud, sed tale potius aut tale propter similitudinem ali-  
 quam appellare debemus. et ignem quidem ubique tale, ac de  
 ceteris, quae gignuntur, eodem pacto. at vero illud, in quo fieri  
 singula haec videntur ac deinde dissolvi, solum iis pronomini-  
 bus, quibus hoc vel istud signamus, appellandum puto. quale  
 vero quodammodo, calidum scilicet vel album vel aliquid tale  
 contrariorum vel ex contrariis, illud minime appellandum. sed

δὲ σαφέστερον αὐτοῦ περὶ προθυμητέον αὐθις εἰπεῖν. εἰ γὰρ πάντα τις σχήματα πλάσας ἐκ χυσοῦ μηδὲν μεταπλάττων παύσοτο ἕκαστα εἰς ἅπαντα, δεικνύντος δὴ τινος αὐτῶν ἐν καὶ προσερομένου τί ποτ' ἔστι, μακρῶ πρὸς ἀλήθειαν ἀσφαλέςατον εἰπεῖν ὅτι χυσοῦς, τὸ δὲ τρίγωνον ὅσα τε ἄλλα σχήματα ἐνεργίγνεται, μηδέποτε λέγειν ταῦτα ὡς ὄντα, ἅ γε μεταξὺ τιθεμένου μεταπίπτει, ἀλλ' ἐὰν ἄρα καὶ τὸ τοιοῦτον μετ' ἀσφαλείας ἐθέλη δέχεσθαι τινος, ἀγαπᾶν. ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ περὶ τῆς τὰ πάντα δεχομένης σώματος φύσεως· 10 ταυτὸν αὐτὴν αἰεὶ προσρητέον· ἐκ γὰρ τῆς ἑαυτῆς τὸ παράπαν οὐκ ἐξίσταται δυνάμει. δέχεται τε γὰρ αἰετὰ πάντα, καὶ μορφήν οὐδεμίαν ποτὲ οὐδενὶ τῶν εἰσιόντων ὁμοίαν εἴληφεν οὐδαμῆ οὐδαμῶς· ἐκμαγεῖον γὰρ φύσει παντὶ κεῖται, κινούμενον τε καὶ διασηματιζόμενον ὑπὸ τῶν εἰσιόντων. φαίνεται δὲ δι' ἐκεῖνα ἄλλοτε ἄλλοιον. τὰ δὲ εἰσιόντα καὶ ἐξιόντα τῶν ὄντων αἰεὶ μιμήματα, τυπωθέντα ἀπ' αὐτῶν τόπον τινα δύσφρασον καὶ θανμαζόν, ὃν εἰσαῦθις μέτιμεν. ἐν δ' οὖν τῷ παρόντι χρὴ γένη διανοηθῆναι τρατὰ, τὸ 20 μὲν γιγνόμενον, τὸ δ' ἐν ᾧ γίγνεται, τὸ δ' ὅθεν ἀφο-

μοιούμενον φύεται τὸ γιγνόμενον. καὶ δὴ καὶ προσεῖ-  
κασαί πρέπει τὸ μὲν δεχόμενον μητρὶ, τὸ δ' ὅθεν πα-  
τρι, τὴν δὲ μεταξὺ τούτων φύσιν ἐκρόνω, νοῆσαι τε  
ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἐκτυπώματος ἔσεσθαι μέλλοντος ἰδεῖν  
ποικίλου πάσας ποικιλίας τοῦτ' αὐτὸ ἐν ᾧ ἐκτυπούμε-  
νον ἐνίσταται, γένοιτ' ἂν παρεσκευασμένον εὔ, πλήν  
ἄμορφον ὃν ἐκείνων ἀπασῶν τῶν ἰδεῶν ὅσας μέλλοι  
δέχεσθαι ποθεν. ὅμοιον γὰρ ὃν τῶν ἐπεισιόντων τινὲ  
τὰ τῆς ἐναντίας τὰ τε τῆς τὸ παράπαν ἄλλης φύσεως,  
10 ὅποτ' ἔλθοι, δεχόμενον κακῶς ἂν ἀφομοιοῖ, τὴν αὐτοῦ  
παρεμφαῖνον ὄψιν. διὸ καὶ πάντων ἐκτὸς εἰδῶν εἶναι  
χοεῶν τὸ τὰ πάντα ἐκδεχόμενον ἐν αὐτῷ γένη, καθά  
περ περὶ τὰ αἰετὰ, ὅποσα εὐώδη, τέχνη μηχανῶν-  
ται πρῶτον τοῦτ' αὐτὸ ὑπόρχον, ποιούσιν ὅτι μάλιστα  
ἀνώδη τὰ δεξόμενα ὑγρά τὰς ὁσμὰς· ὅσοι τε ἐν τισι  
τῶν μαλακῶν σχήματα ἀπομάττειν ἐπιχειροῦσι, τὸ πα-  
ράπαν σχῆμα οὐδὲν ἐνδηλον ὑπόρχειν ἕωσι, προομα-  
λύναντες δὲ ὅτι λειότατον ἀπεργάζονται. ταυτὸν οὖν 51  
20 τοῦ πολλῆς ἀφομοιώματα καλῶς μέλλοντι δέχεσθαι  
πάντων ἐκτὸς αὐτῷ προσήκει πεφυκέναι τῶν εἰδῶν.

apertius, quod volumus, exponamus. si quis enim cunctas figu-  
ras, ex una eademque auri materia fictas, continue in alias et alias  
reformet, deque una quadam illarum praesens aliquis, quid sit,  
quaerat, vere admodum et tutissime respondere possumus aurum  
illud esse: triangulum vero esse aut aliam figuram earum, quae  
impressae in eo sunt et continuo permutantur, quasi vera sint,  
non licet dicere. sola quippe illa responsione, tanquam tutissima,  
contenti esse debemus. eadem de illa natura, quae cuncta recipit  
corpora, ratio est: idem semper esse dicenda est, siquidem ex  
propria potentia recedit nunquam. suscipit enim semper omnia;  
nec ullam unquam iis similem ullo pacto sibi formam contrahit.  
omnis sane naturae fictioni subiecta est, agitataque ab ingredien-  
tibus et figurata quodammodo, alias aliter se habere videtur: quae  
vero ingrediuntur et exeunt, vere ac semper existentium rerum  
simulacra sunt, miro et vix explicabili modo ab ipsis rebus, quae  
vere sunt, figurata, quemadmodum deimceps narrabimus. tria in  
praesenti genera sumenda sunt: unum, quod gignitur: aliud, in quo  
gignitur: aliud, a quo similitudinem trahit, quod nascitur. iccirco

comparare haec ita decet: quod recipit, matri: unde recipit, pa-  
tri: naturam istorum mediam proli. sed ita intelligendum est,  
quod cum esse debeat effigies rerum omni formarum varietate di-  
stincta, nunquam illud ipsum formationis huius gremium bene  
erit praeparatum, nisi informe sit et suapte natura omnibus for-  
mis, quas receptorum est, careat. nam si erit alicuius eorum,  
quae in se recipit, simile, cum contrariam eius, cuius simile est,  
naturam aut aliam prorsus suscipiet, nequaquam eius similitudi-  
nem et effigiem exprimet, cum prae se tulerit suam. quo fit, ut  
nullam sibi propriam habeat speciem, quod est omnia genera sus-  
cepturum. ut qui unguenta suaviter redolentia confecturi sunt,  
humidam materiam, quam certo condire odore volunt, ita prae-  
parant, ut odorem nullum proprium habeat; et qui materiis mol-  
libus impressionique cedentibus figuras imprimere aliquas voluat,  
nullam omnino priorem in eis figuram apparere patiuntur, sed  
exactissima quadam laevigatione eas poliunt: ita illud, quod in  
omnibus passim aeternorum omnium simulacris recte figurandum  
est, his omnibus formis natura sua carere necesse est. quamob-

διὸ δὴ τὴν τοῦ γεγονότος ὄρατοῦ καὶ πάντως αἰσθη-  
 τοῦ μητέρα καὶ ὑποδοχὴν μήτε γῆν μήτε αέρα μήτε  
 πῦρ μήτε ὕδωρ λέγωμεν, μήτε ὅσα ἐκ τούτων μήτε ἐξ  
 ὧν ταῦτα γέγονεν· ἀλλ' ἀνόρατον εἶδος τι καὶ ἄμορφον,  
 πανδεγές, μεταλαμβάνον δὲ ἀπορώτατά πῃ τοῦ νοη-  
 τοῦ καὶ δυσλασιώτατον αὐτὸ λέγοντες οὐ ψευσόμεθα.  
 καθ' ὅσον δὲ ἐκ τῶν προειρημένων δυνατὸν ἐφικνεῖσθαι  
 τῆς φύσεως αὐτοῦ, τῆδ' ἂν τις ὀρθότατα λέγοι, πῦρ  
 μὲν ἐκείσοτε αὐτοῦ τὸ πεπερωμένον μέρος φαίνεσθαι,  
 τὸ δὲ ὑγραθὲν ὕδωρ, γῆν δὲ καὶ αέρα, καθ' ὅσον ἂν  
 μιμήματα τούτων δέχηται. λόγῳ δὲ δὴ μᾶλλον τὸ τοι-  
 οῦδε διοριζομένοις περὶ αὐτῶν διασκεπτέον· ἔρ' ἔσι τι  
 πῦρ αὐτὸ ἐρ' ἑαυτοῦ, καὶ πάντα περὶ ὧν αἰεὶ λέγομεν  
 οὕτως αὐτὰ καθ' αὐτὰ ὄντα ἕκαστα, ἢ ταῦτα ἄπερ καὶ  
 βλέπομεν ὅσα τε ἄλλα διὰ τοῦ σώματος αἰσθανόμεθα,  
 μόνῃ ἐξὶ τοιαύτην ἔχοντα ἀλήθειαν, ἄλλα δὲ οὐκ ἔσι  
 παρὰ ταῦτα οὐδαμῆ οὐδαμῶς, ἀλλὰ μάτην ἐκείσοτε εἶ-  
 ναι τί φασιν εἶδος ἐκείσου νοητόν, τὸ δὲ οὐδὲν ἄρ' ἦν  
 πλὴν λόγος. οὔτε οὖν δὴ τὸ παρὸν ἄκριτον καὶ ἀδι-  
 κασον ἀρέντα ἄξιον φάναι διοριζόμενον ἔχειν οὕτως, 20

rem universi, quod et genitum est et sensibus omnibus manife-  
 stum, matrem ipsam receptaculumque, neque terram neque  
 aërem neque ignem neque aquam esse dicamus, neque rur-  
 sus ex his aliquid constitutum aut aliqua, ex quibus proprie  
 haec ipsa subsistunt: sed invisibilem potius speciem quandam et  
 informem sinum omnium capacem, qui modo quodam ambiguo et  
 vix explicabili divinae et intelligibilis naturae fit particeps. ipse  
 quidem comprehendendi per se nullo pacto potest: sed quantum ex  
 supra dictis naturam eius attingere licet, sic utique recte possumus  
 dicere; ignem quidem partem eius ignitam videri: humefactam  
 vero partem aquam: terram quoque aëremque similiter, quatenus  
 ipsorum simulacra suscipit. sed de his ita distinguentes ratione  
 considerare debemus: siue ignis aliquis seorsum a materia ipse  
 permanens in se ipso, et cetera, quae saepe dicimus per se ipsa  
 manere? an haec sola sunt, quae corporis sensu percipimus, et  
 talem in se continent veritatem; nec ullo pacto praeter haec ulla  
 sunt usquam, sed frustra intelligibilem uniuscuiusque speciem ali-  
 quam ponere solemus, nec aliud haec sunt quam verba. quod qui-  
 dem neque ita vel aliter se habere, temere et sine examinatione  
 asserendum, neque ad praesentem disputationem natura sua pro-

οὔτ' ἐπὶ λόγου μήκει πάροραγον ἄλλο μήκος ἐπεμβλη-  
 τίον· εἰ δὲ τις ὅρος ὀρισθεὶς μέγας διὰ βραχέων φα-  
 νειη, τοῦτο μάλισα καιριώτατον γένοι' ἂν. ὣδε οὖν  
 τὴν γ' ἐμὴν αὐτὸς τίθεμαι ψῆφον· εἰ μὲν νοῦς καὶ  
 δόξα ἀληθῆς ἐξόν δύο γένη, παντάπασιν εἶναι καθ' αὐτὰ  
 ταῦτα, ἀναίσθητα ὑφ' ἡμῶν εἶδη, νοοῦμενα μόνον·  
 εἰ δ' ὡς τισι φαίνεται, δόξα ἀληθῆς νοῦ διαφέρει τὸ  
 μηδέν, πάθ' ὅποσα αὐτὰ διὰ τοῦ σώματος αἰσθανό-  
 μεθα, θετέον βεβασιώτατα. δύο δὲ λεπτέον ἐκείνω,  
 10 διότι χωρὶς γέγονατον ἀνομοίως τε ἔχον. τὸ μὲν γὰρ  
 αὐτῶν διὰ διδαχῆς, τὸ δ' ὑπὸ πειθοῦς ἡμῶν ἐγγίγγε-  
 ται καὶ τὸ μὲν αἰεὶ μετὰ ἀληθοῦς λόγου, τὸ δὲ ἀλο-  
 γον· καὶ τὸ μὲν ἀνίγητον πειθοῖ, τὸ δὲ μεταπεισόν·  
 καὶ τοῦ μὲν πάντα ἀνδρα μετέχειν φατέον, νοῦ δὲ  
 θεοῦς, ἀνθρώπων δὲ γένος βραχὺ τι τούτων δὲ οὕτως  
 52 ἔχόντων ὁμολογητέον ἐν μὲν εἶναι τὸ κατὰ ταῦτα εἶ-  
 dos ἔχον, ἀγέννητον καὶ ἀνώλεθρον, οὔτε εἰς ἑαυτὸ  
 εἰσδεχόμενον ἄλλο ἄλλοθεν οὔτε αὐτὸ εἰς ἄλλο ποιῖον,  
 ἀόρατον δὲ καὶ ἄλλως ἀναίσθητον, τοῦτο ὃ δὴ νόησις  
 20 εἴληγεν ἐπισκοπεῖν· τὸ δὲ ὁμώνυμον ὁμοίον τε ἐκείνω

lixam alia quoque prolixa et ad rem minime pertinens addenda vi-  
 detur. ea vero circumscriptio, quae brevibus magna comprehen-  
 dat, admodum opportuna videbitur. ita igitur ipse meam hac de  
 re sententiam feram. si intellectus et vera opinio duo genera sunt,  
 necesse est huiusmodi species esse, quae per se ipsae sint, et intel-  
 ligentia potius quam sensibus comprehendantur: sin autem, ut qui-  
 busdam videtur, vera opinio ab intellectu nihilo differt, omnia,  
 quae corporis sensus attingit, certe habenda sunt. sed opinor duo  
 esse dicenda, quia seorsum sunt facta et dissimilia sunt. quippe  
 quorum alterum doctrina nobis insinuat, alterum persuasio: et  
 illud quidem semper cum ratione vera, hoc autem sine ratione:  
 illud nulla persuasionem mutabile, hoc contra hanc mutationi sub-  
 iectum. verae quidem opinionis vir quilibet particeps: intelligentiae  
 vero Dii quidem omnes, homines vero pauci admodum parti-  
 cipes sunt. quae cum ita se habeant, fateri oportet esse speciem,  
 quae semper eadem sit, sine ortu atque interitu: quae nec in se  
 accipiat quicquam aliud aliunde, nec ipsa procedat ad aliud quic-  
 quam; sensusque corporis nullo percipiatur: atque hoc est, quod  
 ad solam intelligentiam pertinet, eiusque intentionis est proprium.  
 sed est aliquid post hoc, quod cum ipso non ratione, sed nomine

2. δεύτερον, αἰσθητόν, γεννητόν, πεφορημένον αἰεί, γιγνώ-  
 3. μένον τε ἐν τινι τόπῳ καὶ πάλιν ἐκείθεν ἀπολλύμενον,  
δόξῃ μετ' αἰσθήσεως περιληπτόν· τρίτον δὲ αὖ γένος  
ὄν τὸ τῆς χώρας αἰεί, φθορὰν οὐ προσδεχόμενον, ἔδραν  
δὲ παρέχον ὅσα ἔχει γένεσιν πᾶσιν, αὐτὸ δὲ μετ' ἀναι-  
σθησίας ἀπτόν λογισμῷ τινὶ νόθῳ, μόγις πιεζόν, πρὸς  
ὃ δὴ καὶ ὄνειροπολοῦμεν βλέποντες καὶ φάμεν ἀναγ-  
καίον εἶναι· πού τὸ ὄν ἅπαν ἐν τινι τόπῳ καὶ κατέχον  
χώραν τινά, τὸ δὲ μήτε ἐν γῆ μή τέ πού κατ' οὐρανὸν  
οὐδὲν εἶναι. ταῦτα δὴ πάντα καὶ τούτων ἄλλ' ἀδελφὰ 10  
καὶ περὶ τὴν ἄυπνον καὶ ἀληθῶς φύσιν ὑπάρχουσαν  
ὑπὸ ταύτης τῆς ὄνειρωξέως οὐ δυνατοὶ γιγνώμεθα ἐρε-  
θέντες διοριζόμενοι τάληθές λέγειν, ὡς εἰκόνι μὲν,  
ἐπεὶ περ οὐδ' αὐτὸ τοῦτο ἐφ' ᾧ γέγονεν ἑαυτῆς ἐσίν,  
ἐτέρου δὲ τινος αἰεί φέρεται φάντασμα, διὰ ταῦτα ἐν  
ἐτέρῳ προσήκει τινὶ γίγνεσθαι, οὐσίας ἁμῶς γέ πως  
ἀντεχομένην, ἢ μηδὲν τὸ παράπαν αὐτὴν εἶναι, τῷ  
δὲ ὄντως ὄντι βοηθός· ὃ δι' ἀκριβείας ἀληθῆς λόγος,  
ὡς ἕως ἄν τι τὸ μὲν ἄλλο ᾗ, τὸ δὲ ἄλλο, οὐδέτερον ἐν  
οὐδέτέρῳ ποτὲ γεγεννημένον ἐν ἅμα ταῦτόν καὶ δύο 20

convenit, eiusque similitudinem gerit, genitum, sensibus manife-  
 stum, quod fertur et sustentatur ab alio semper, et in aliquo loco  
 gignitur, rursusque inde recidit, opinione per sensus comprehen-  
 dendum. tertium genus locus est, qui interit quidem nunquam,  
 sed omnibus, quae gignuntur, sedem exhibet. hic sine tangentis  
 sensu tangitur, adulterina quadam ratione vix opinabilis. demique  
 cum ad hunc animo respicimus, somniamus quodammodo, neces-  
 sariumque putamus, ut, quicquid est, in aliquo sit loco positum  
 regionemque obtineat aliquam; et quod neque in terra neque in  
 coelo sit, minime esse credimus: atque has omnes et similes pas-  
 siones a pervigili vereque existente natura, ipsi huiusmodi som-  
 niis occupati, discernere non valemus. ideoque nec discernere id  
 etiam possumus, quod imagini quidem, postquam id ipsam, in  
 quo facta est, non ipsius est, sed ea semper alterius fertur simu-  
 lacrum, non iniuria convenit, ut in alio quodam sit, atque ita  
 quodammodo essentiae fiat particeps, aliter vero esse nullo modo  
 possit. ei autem, quod vere est, vera haec et exquisita ratio suffra-  
 gatur, docens quod, dum res ita se habet, ut hoc quidem aliud sit et  
 illud aliud, neutrum in neutro unquam factum unum simul

σωμάτων καὶ διανοήσεων θεραπείας, αἷς αἰτίαις σώζε-  
ται, πάλιν εἰκὸς καὶ πρέπον ἀνταποδοῦναι δικαιοτέρον  
γὰρ τῶν ἀγαθῶν περὶ μᾶλλον ἢ τῶν κακῶν ἴσχειν λό-  
γον. πᾶν δὴ τὸ ἀγαθὸν καλόν, τὸ δὲ καλὸν οὐκ ἄμε-  
τρον· καὶ ζῶον οὖν τὸ τοιοῦτον ἐσόμενον ξύμμετρον  
θετέον. ξυμμετριῶν δὲ τὰ μὲν σμικρὰ διαισθανόμε-  
νοι ξυλλογιζόμεθα, τὰ δὲ κυριώτατα καὶ μέγισα ἀλογί-  
σως ἔχομεν. πρὸς γὰρ ὑγείας καὶ νόσους ἀρετὰς τε  
καὶ κακίας οὐδεμία ξυμμετρία καὶ ἄμετρία μείζων ἢ  
ψυχῆς αὐτῆς πρὸς σῶμα αὐτό· ὧν οὐδὲν σκοποῦμεν, 10  
οὐδ' ἐννοοῦμεν ὅτι ψυχὴν ἰσχυρὰν καὶ πάντῃ μεγά-  
λην ἀσθενέστερον καὶ ἔλαττον εἶδος ὅταν ὀχῆ, καὶ ὅταν  
αὐτὸνναντίον ξυμπαγῆτον τούτω, οὐ καλὸν ὅλον τὸ  
ζῶον — ἀξύμμετρον γὰρ ταῖς μεγίσταις ξυμμετρίαις —,  
τὸ δ' ἐναντίως ἔχον πάντων θεαμάτων τῷ δυναμένῳ  
καθορᾶν κάλλισον καὶ ἐρασιμιώτατον. οἷον οὖν ὑπερ-  
σκελὲς ἢ καὶ τινα ἑτέραν ὑπέρεξιν ἄμετρον ἑαυτῷ  
τι σῶμα ὃν ἅμα μὲν αἰσχροῦν, ἅμα δ' ἐν τῇ κοινωνίᾳ  
τῶν πόνων πολλοὺς μὲν κόπους, πολλὰ δὲ σπάσματα  
καὶ διὰ τὴν παραφοροῦτητα πτόματα παρέχον μυριῶν 20  
κακῶν αἴτιον ἑαυτῷ, ταῦτόν δὴ διανοητέον καὶ περὶ

salutem adipiscamur, decet exponere. iustius enim est de bonis  
quam de malis verba facere. omne bonum pulchrum: pulchrum  
vero sine mensura et moderatione esse non potest. ideoque ani-  
mal, quod tale futurum est, convenienti mensura moderatam  
esse oportet. ex eorum autem numero, quae commensurata mo-  
derataque dicuntur, exigua quaedam persentimus et iudicamus,  
praecipua vero et maxima ignoramus. porro ad bonam et malam  
valetudinem, ad virtutes et vitia, nulla moderatio vel immoderatio  
maioris momenti, quam animae ad ipsum corpus, esse videtur.  
horum nihil consideramus, neque animadvertimus quod, quando  
robustam magnamque animam imbecillior inferiorque vehit spe-  
cies vel quando contra ista iunguntur, totum ipsum animal pul-  
chrum esse non potest. maxima enim mensura et moderatione ca-  
ret. quod autem contra affectum est, spectaculorum omnium ei,  
qui id valeat intueri, pulcherrimum amabilissimumque apparet.  
corpus quidem, quod grandioribus vel inaequalibus cruribus, aut  
quovis alio modum excedente membro secum ipso dissentit, et de-  
forme est et in ferendis laboribus contorquetur, vacillat, lassatur et  
concidit, innumerabiliumque malorum sibi causam praebet. idem

αὐτῶν ἐν ἀρχῇ διάγον καὶ τῶν ἑαυτοῦ κινήσεων ἡσυχίαν ἄγον ἀσθενέστατον ἀνάγκη γίνεσθαι, τὸ δ' ἐν γυμνασίοις ἐρόμενέστατον διὸ φυλακτέον ὅπως ἂν 90  
 ἔχωσι τὰς κινήσεις πρὸς ἀλλήλα συμμέτρους. τὸ δὲ δὴ περὶ τοῦ κυριωτάτου παρ' ἡμῖν ψυχῆς εἶδους διανοεῖσθαι δεῖ τῆδε, ὡς ἄρα αὐτὸ δαίμονα θεὸς ἐκάσῃ δέδωκε, τοῦτο ὃ δὴ φάμεν οἰκεῖν μὲν ἡμῶν ἐπ' αἰρωτῷ σώματι, πρὸς δὲ τὴν ἐν οὐρανῷ ξυγγένειαν ἀπὸ γῆς ἡμᾶς αἰρεῖν ὡς ὄντας φυτόν οὐκ ἔγγειον ἀλλ' οὐ-  
 10 ράνιον, ὀρθότατα λέγοντες· ἐκείθεν γὰρ ὅθεν ἡ πρώτη τῆς ψυχῆς γένεσις ἔφυ, τὸ θεῖον τὴν κεφαλὴν καὶ ὀρίζαν ἡμῶν ἀνακρεμαννὺν ὀρθοῖ πᾶν τὸ σῶμα. τῷ μὲν οὖν περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἢ φιλονεικίας τετευτακότει καὶ ταῦτα διαπονοῦντι σφόδρα πάντα τὰ δόγματα ἀνάγκη θνητὰ ἐγγεγονέναι, καὶ παντάπασι καθ' ὅσον μάλιστα δυνατὸν θνητῷ γίνεσθαι, τούτου μὴδὲ σμικρὸν ἐλείπειν, ἅτε τὸ τοιοῦτον ἠϋξηκότει τῷ δὲ περὶ φιλομάθειαν καὶ περὶ τὰς τῆς ἀληθείας φρονήσεις ἐσπουδακότει καὶ ταῦτα μάλιστα τῶν αὐτοῦ γεγυμνασμένα  
 20 φρονεῖν μὲν ἀθάνατα καὶ θεῖα, ἂν περ ἀληθείας ἐφάπτηται, πᾶσα ἀνάγκη πον, καθ' ὅσον δ' αὐ μετασχεῖν

motibus otium agit, imbecillissimam necessario reddi; quae vero agit assidue, robustissimam. quapropter danda est opera, ut species singulae motus suos inter se moderatos convenienti tenere conservent. de praestantissima igitur animae nostrae specie ita est sentiendum: nempe hanc Deus, ut daemonem nostrum, cuique tribuit: hanc in summa corporis arce sedem habere dicimus, atque ad coeli cognationem a terra nos tollere, tanquam animalia coelesti potius quam terreno semine nata. quod quidem recte admodum dicitur. unde enim primus animae datus est ortus, inde divina vis caput radicemque et originem nostram pendentem suspendens, totum dirigit corpus. in eo igitur, qui concupiscentiae et ambitiosae iracundiae affectibus explendis incumbit, necesse est opiniones omnes mortales fieri, atque eum, quam maxime fieri potest, mortalem prorsus evadere, cum mortalem naturam pro viribus auxerit: at eum, qui totus discendae veritatis cupiditate flagraverit, atque omnem eius operam praecipue in hoc uno impenderit, necesse est omnino, si quidem veritatem attingat, immortalia et divina comprehendere; et quatenus humana natura im-



ἀνθρωπίνη φύσις ἀθανασίας ἐνδέχεται, τούτου μηδὲν μέρος ἀπολείπειν, ἅτε δὲ αἰεὶ θεραπεύοντα τὸ θεῖον ἔχοντά τε αὐτὸν εὖ μάλᾳ κεκοσμημένον τὸν δαίμονα ξύνοικον ἐν αὐτῷ διαφερόντως εὐδαίμονα εἶναι. θεραπεία δὲ δὴ παντὶ παντὸς μία, τὰς οἰκείας ἐνάσῃ τροφᾷ καὶ κινήσει ἀποδιδόναι. τῷ δ' ἐν ἡμῖν θεῖῳ ξυγγενεῖς εἰσὶ κινήσεις αἱ τοῦ παντὸς διανοήσεις καὶ περιφοραί. ταύταις δὴ ξυνεπιόμενον ἕκασον θεῖ, τὰς περὶ τῆν γένεσιν ἐν τῇ κεφαλῇ διεφθαρμένας ἡμῶν περιόδους ἐξορθοῦντα διὰ τὸ καταμανθάνειν τὰς τοῦ παντὸς ἀρ- 10 μονίας τε καὶ περιφορὰς, τῷ κατανοουμένῳ τὸ κατανοοῦν ἐξομοιωῖσαι κατὰ τῆν ἀρχαίαν φύσιν, ὁμοιωσάντα δὲ τέλος ἔχειν τοῦ προτεθέντος ἀνθρώποις ὑπὸ θεῶν ἀρίστου βίου πρὸς τε τὸν παρόντα καὶ τὸν ἔπειτα χρόνον.

Καὶ δὴ καὶ τὰ νῦν ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς παραγγελθέντα διεξελθεῖν περὶ τοῦ παντὸς μέχρι γενέσεως ἀνθρωπίνης σχεδὸν ἔοικε τέλος ἔχειν. τὰ γὰρ ἄλλα ζῶα ἣ γέγονεν αὐτῷ, διὰ βραχείων ἐπιμνησέον, ὃ μὴ τις ἀνάγκη μηγάνειν. οὕτω γὰρ ἐμμετρούτερός τις ἂν αὐτῷ δόξειε 20 περὶ τοὺς τούτων λόγους εἶναι. τῆδ' οὖν τὸ τοιοῦτον

mortalitatem assequi potest, eatenus hunc penitus immortalem evadere, nulla videlicet immortalitatis parte dimissa; quin etiam cum semper divinum colat, ipsumque familiarem daemone in se habeat ornatissimum, praecipue beatum fore. cultura autem cuiusque omnino una est, proprium cuique pabulum motumque tribuere. ei vero, quod in nobis divinum est, motus cognati sunt universi ipsius cogitationes atque circuitus. hos itaque secutum unumquemque nostrum oportet discursiones illas nostras in capite, olim a prima generatione corruptas, per ipsam mundanae harmoniae revolutionisque intelligentiam ita corrigere, ut intellectae rei intelligentem vim secundum pristinam naturam similem reddat, per quam similitudinem vitae, a Deo optimae nobis propositae, et in praesenti tempore et in futuro finem adipiscamur. Sed iam disputatio illa de universo usque ad generationem hominum nobis proposita finem pacis suum adeptam videtur. ceterorum vero animantium generationem, quatenus duntaxat necessitas postulat, paucis perstringemus. sic enim modum in hac disputatione tenere sibi quisque videbitur. verum de his iam ita dicamus. quicumque

εἰρήνη δρασέον· ἦν γὰρ καλοῦσιν οἱ πλείοσι τῶν ἀνθρώπων εἰρήνην, τοῦτ' εἶναι μόνον ὄνομα, τῆ δ' ἔργῳ πάσαις πρὸς πάσας τὰς πόλεις ἀεὶ πόλεμον ἀκήρυκτον κατὰ φύσιν εἶναι. καὶ σχεδὸν ἀνευρήσεις οὕτω σκοπιῶν τὸν Κρητῶν νομοθέτην, ὡς εἰς τὸν πόλεμον ἅπαντα δημοσία καὶ ἰδία τὰ νόμιμα ἡμῖν ἀποβλέπων συνετάξατο, καὶ κατὰ ταῦτα οὕτω φυλάττειν παρέδωκε τοὺς νόμους, ὡς τῶν ἄλλων οὐδενὸς οὐδὲν ὄφελος ὄν, οὔτε κτημάτων οὔτ' ἐπιτηδευμάτων, ἂν μὴ τῷ πολέμῳ ἄρα κρατῆ τις· πάντα δὲ τὰ τῶν νικωμένων ἀγαθὰ τῶν νικῶντων γίνεσθαι.

ΑΘ. Καλῶς γε, ὦ ξένη, φαίνει μοι γεγυμνάσθαι πρὸς τὸ διεδέναι τὰ Κρητῶν νόμιμα. τότε δέ μοι φράζε εἴτι σαφέστερον· ὃν γὰρ ὄρον ἔθου τῆς εὐ πολιτευομένης πόλεως, δοκεῖς μοι λέγειν οὕτω κεκοσμημένην οἰκεῖν δεῖν ὥστε πολέμῳ νικᾶν τὰς ἄλλας πόλεις, ἢ γὰρ;

ΚΛ. Πάνν μὲν οὖν οἶμαι δὲ καὶ τῷδε οὕτω ξυνοκεῖν.

ΜΕ. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλως ἀποκρίναιτο, ὦ θεεῖ, 20 Λακεδαιμονίων γε ὅστισοῦν;

ΑΘ. Πότερ' οὖν δὴ πόλεσι μὲν πρὸς πόλεις ὄρθον τοῦτ' ἐστί, κώμη δὲ πρὸς κώμην ἕτερον;

ciundum. quam enim plerique pacem nominant, id esse nomen solummodo existimandum: re vero ipsa omnibus civitatibus ad omnes bellum esse natura, ne indictum quidem. reperies utique, si ita consideres, Cretensium legumlatorem omnes ferme leges, tam privatim quam publice, ita nobis conscripsisse, quasi ad bellum respiceret: atque ita illis parere iussisse, quasi ceterarum rerum nulla esset utilitas, non possessionum, non artium, nisi quis bello superet; cum omnia bona eorum, qui invicti sunt, ad victores illico transeant. *Athen.* Probe, o hospes, ad perficiendas Cretensium leges exereitatus mihi videris. sed id planius dicas. recte dispositam civitatem tunc demum dicere visus es, cum sic instituta est: ut ceteras bello vincere possit. nonne ita? *Cli.* Ita prorsus. hunc etiam arbitror consensurum. *Meg.* Haud aliter, o divine vir, Lacedaemoniorum quispiam responderet. *Athen.* Utrum civitas ad civitatem ita se habet; vicus autem ad vicum ali-

ΚΛ. Οὐδαμῶς.

ΑΘ. Ἄλλὰ ταῦτόν;

ΚΛ. Ναί.

ΑΘ. Τί δέ; πρὸς οἰκίαν οἰκία τῶν ἐν τῇ κώμῃ, καὶ πρὸς ἄνδρα ἄνδρι ἐνὶ πρὸς ἓνα, ταῦτόν ἐστι;

ΚΛ. Ταῦτόν.

ΑΘ. Αὐτῷ δὲ πρὸς αὐτὸν πότερον ὡς πολεμίῳ πρὸς πολέμιον διανοητέον, ἢ πῶς ἐτι λέγομεν;

